

super possessionem Zemorensis episcopatus et lata sentencia super ipso duabus iu[di]cibus<sup>47</sup> multos testes productos ab archiepiscopo Bracharensi recepit, qui de proprietate dixit neminem eorum scire aliquid, ut credebat; verum, si quis inde aliquid diceret, iuri suo renunciare nolebat, quamvis Compostellanus archiepiscopus testes prefatos non super possessione Zemorensis episcopatus, sed super sentencia tantum diceret admittendos, super qua sola comissio fuerat a parte altera impetrata et in receptione suorum testium de Zemorensis episcopatus possessione non fuerat in forma iuramenti expresum aliquid, ut dicebat. Et quoniam dictus delegatus usque ad sentenciam diffinitivam procedens, gesta omnia sub sigillo suo ad sedem apostolicam destinavit, pretextatam<sup>48</sup> sentenciam tamquam canonice latam confirmari a nobis Compostellano archiepiscopo<sup>49</sup> requirebat, non obstante, quod contra comissionem de falsi suggestione vel aliis fuerant intemperatum, cum nec ante sentenciam obiectum fuerit, nec si veritas illa fuisse expressa, commisionem ullatenus<sup>50</sup> impeditisset, nec Bracharensis intererat appellare, cum sibi per ea non<sup>51</sup> fieret providencium<sup>52</sup>, que inter alios agebantur: sicut nec per<sup>53</sup> ultimam clausulam litterarum, que a forma communi et solita, non sensu, sed verbis tantummodo discrepabat. Nos ergo rationibus et allegationibus, attestacionibus quoque ac instrumentis utriusque partis diligenter auditis et intellectis, vissis et cognitis, post longam discussionem et examinacionem prefatam, de communi fratum nostrorum consilio decernendo

pronunciamus et pronunciando decernimus. sentenciam illam in nullum<sup>53</sup> prorsus consistere<sup>54</sup> tibi vel ecclesie Bracharensi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam vestre<sup>55</sup> diffinitionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacione omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se neverit incursurum.<sup>56</sup>

Datum Laterani, III nonas iulii, pontificatus nostri anno secundo.<sup>57</sup>

---

NOTAS

<sup>53</sup>Otra copia en Reg. Vat. 4 fols. 171v.-172 v.

<sup>54</sup>Otras referencias de regestos y copias en HAGENEDER, op. cit., ibidem.

<sup>55</sup>Copias en Burgos, A.C. y Madrid, B.N., así como referencias a la utilización de los fondos toledanos en HERNANDEZ, op. cit., ibidem.

<sup>56</sup>MANSILLA: falta desde Inocencius, hasta Benedictionem. menos Bracharensi archiepiscopo.- HAGENEDER: falta desde Inocencius hasta benedictionem.

<sup>57</sup>MANSILLA: et.

<sup>58</sup>ID y HAGENEDER: vertebaruntur.

<sup>59</sup>ID., ID.: nostra.

<sup>60</sup>ID., ID.: Valentia.

<sup>8</sup>MANSILLA: [Hieronimo]: falta en HAGENEDER

<sup>10</sup>ID., ID.: apostolice.

<sup>11</sup>MANSILLA: suam assertionem accessit.

<sup>12</sup>ID y HAGENEDER: etiam.

<sup>13</sup>ID., ID.: ad.

<sup>14</sup>MANSILLA: Eugenium papam.

<sup>15</sup>ID y HAGENEDER: argumentis et rationibus.

<sup>16</sup>ID., ID.: pertinere.

<sup>17</sup>Constitutem. em borrado.

<sup>18</sup>MANSILLA y HAGENEDER: Zemorensibus.

<sup>19</sup>ID., ID.: acta.

<sup>20</sup>MANSILLA: de.

<sup>21</sup>ID.: quo modo.-HAGENEDER: quomodo.

<sup>22</sup>MANSILLA: appellandus.

<sup>23</sup>ID. y HAGENEDER: Compostellarum.

<sup>24</sup>MANSILLA: exsequendis.

<sup>25</sup>ID y HAGENEDER: mandat.

<sup>26</sup>ID., ID.: nollet cause.

<sup>27</sup>ID., ID.: allegabas.

<sup>28</sup>ID., ID.: ipsis suffraganei.

<sup>29</sup>MANSILLA: hoc.

<sup>30</sup>ID. y HAGENEDER: ipso.

<sup>31</sup>ID., ID.: persecutionem restituta.

<sup>32</sup>Sobre legitum.

<sup>33</sup>MANSILLA y HAGENEDER: Hispanie.

<sup>34</sup>ID., ID.: spectabat.

<sup>35</sup>ID., ID.: hiis.

<sup>36</sup>HAGENEDER: optineri.

<sup>37</sup>ID. y MANSILLA: sed cum.

<sup>38</sup>ID., ID.: primatia.

<sup>39</sup>ID., ID.: Zamorensem.

<sup>40</sup>ID., ID.: volebat.

<sup>41</sup>MANSILLA: neque.

<sup>42</sup>ID.: sui vocare.

<sup>43</sup>ID. y HAGENEDER: ecclesia Zamorensis.

<sup>44</sup>ID., ID.: infirmando in.

<sup>45</sup>HAGENEDER: inter.

<sup>46</sup>ID. y MANSILLA: vicibus.

<sup>47</sup>ID., ID.: pretaxatam.

<sup>48</sup>ID., ID.: Compostellanus archiepiscopus.

<sup>49</sup>HAGENEDER: nullatenus.

<sup>50</sup>Repite non.

<sup>51</sup>MANSILLA y HAGENEDER: preiudicium.

<sup>52</sup>MANSILLA: falta per.

<sup>53</sup>ID. y HAGENEDER: nullo.

<sup>54</sup>ID., ID.: obsistere.

<sup>55</sup>ID., ID.: falta desde omnino hasta vestre.

<sup>56</sup>ID., ID.: falta desde infringere hasta incursurum.

<sup>57</sup>ID., ID.: falta el año del pontificado.

[1199], julio, 12. Letrán.

Inocencio III ratifica la concordia hecha en  
tiempo de Alejandro II por la que la iglesia y el  
hospital de Massa quedan libres después de la  
muerte de los hermanos Visconti a la iglesia de  
Santiago, salvo la jurisdicción del obispo de  
Vercelli.

Fol. 246 r.v.<sup>1</sup>

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 208.- HAGENEDER: Inocencio III, 2, nº 134 (143), ambos segun Reg. Vat. 4, fol 180 r.

REG.: MIGNE: P.L., vol 214, col. 669.- POTTHAST: Regesta, 2, nº 782.- VAZQUEZ MARTINEZ: Documentos pontificios, pág. 14.<sup>2</sup>

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 28.

Inocencius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili  
fratri<sup>m</sup> Petro, archiepiscopo, et dilectis filiis<sup>a</sup> decano et  
capitulo Compostellano<sup>m</sup>, salutem et apostolicam  
benedictionem<sup>m</sup>. Ea que in concordia vel iudicio statuuntur  
in sua debent firmitate consistere ne alicuius debeant  
presumpcione turbari apostolice auctoritatis robore

communiri. Eapropter vestris iustis postulationibus grato  
concurrentes<sup>11</sup> assensu, ad exemplar felicis recordationis  
Alexandri pape, predecessoris nostri, concordiam que inter  
vos et Willelum, vicecomitem, et Gualonem, filium eius,  
Vercelenses cives, super hospitali et ecclesia Sancti Iacobi  
de Cassina, mediante venerabili fratre nostro, Taurinensi<sup>12</sup>  
episcopo, et dilecto filio Barduino<sup>13</sup>, Mediolanensis  
ecclesie canonico, facta dignoscitur<sup>14</sup> sicut de beneplacito  
utriusque partis stabilita est et tuo, fratre<sup>15</sup>  
archiepiscopi subsequente assensu firmata, et hinc inde  
suscepta et hactenus observata, auctoritate vobis apostolica  
confirmamus in<sup>16</sup> presentis scripti patrocinio communimus.  
Statuentes ut, sicut in auttentico scripto ipsius  
transactionis habetur, post decessum predicti<sup>17</sup> Gualonis et  
Iacobi, fratris<sup>18</sup> eius, [nullus]<sup>19</sup> ius sive fundacionis  
sive<sup>20</sup> advocationis aut cuiuslibet<sup>21</sup> alterius rey<sup>22</sup>  
quisquam de cognitione<sup>23</sup> eorum in predicta ecclesia vel  
hospitale<sup>24</sup> valeat vendicare, sed in potestate et regimine  
Compostellane ecclesie, sine iniuria Verceliensis episcopi,  
remaneant absolute. Preterea refutationem, quam super  
fundacionis et advocationis vel alterius rei cuiuslibet<sup>25</sup>,  
quod sibi quocunque modo competente<sup>26</sup> videbatur, in prefata  
ecclesia sive hospitali prefatus Willelmus pro se ei<sup>27</sup>  
heredibus suis per instrumentum publicum spontanee fecit,  
ratam decernimus permanere. Nulli ergo omnino hominum liceat  
hanc paginam nostre<sup>28</sup> confirmationis et constitutionis  
infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum<sup>11</sup>.

Datum Laterani IIII idus iulii, pontificatus nostri anno secundo<sup>12</sup>.

NOTAS

<sup>1</sup>Otras copias Cfr. HAGENEDER, op. cit. ibidem.

<sup>2</sup>Otras regestas en HAGENEDER, op. cit., ibidem.

<sup>3</sup>MANSILLA y HAGENEDER: falta desde Inocencio hasta fratri.

<sup>4</sup>ID., ID.: falta et dilectis filiis.

<sup>5</sup>ID., ID.: Compostellanis.

<sup>6</sup>ID., ID.: falta desde salutem hasta benedictionem.

<sup>7</sup>ID., ID.: falta in.

<sup>8</sup>ID., ID.: falta desde statuuntur hasta concurrentes.

<sup>9</sup>HAGENEDER: Taurino.

<sup>10</sup>ID.: Arduino.- MANSILLA: Arcie.

<sup>11</sup>ID., ID.: dinoscitur.

<sup>12</sup>ID., ID.: frater

<sup>13</sup>ID., ID.: et.

<sup>14</sup>Sobre predicta.

<sup>15</sup>Sobre fratres.

<sup>16</sup>HAGENEDER: nullum.

<sup>17</sup>ID.: seu.

<sup>13</sup>Entre corchetes tomado de MANSILLA, por faltas y estar en blanco.

<sup>14</sup>MANSILLA y HAGENEDER: rei.

<sup>20</sup>ID., ID.: cognatione.

<sup>21</sup>ID., ID.: hospitali.

<sup>22</sup>MANSILLA: cuiuslibet rei.

<sup>23</sup>ID y HAGENEDER: competere.

<sup>24</sup>ID., ID.: et.

<sup>25</sup>ID., ID.: falta desde omnino hasta nostre.

<sup>26</sup>ID., ID.: falta desde infringere hasta incursurum.

<sup>27</sup>ID., ID.: Datum ut supra.

[1199], julio, 14. Letrán.

Inocencio III confirma todas las posesiones y prerrogativas de la Iglesia de Santiago.

Fols. 262v.- 264 v.<sup>1</sup>

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 212.- VAZQUEZ MARTINEZ:  
Documentos pontificios, ap. X.- HAGENEDER: Inocencio III, nº  
30 (139), los tres sobre Reg. Vat. 4, fol. 178 r.-179r.<sup>2</sup>

REG.: MIGNE: P.L., vol. 214, col. 6 .- POTIHASH. Regesta, I.

nº 793.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 33.- MANSILLA: Formación,  
pág. 89.- ID.: Provincia bracarense, pág. 19.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei Venerabili  
fratri<sup>m</sup> Petro, Compostellano archiepiscopo, eiusque  
successoribus canonice substituendis, in perpetuum<sup>o</sup>. In  
eminenti apostolice sedis specula, disponente Domino,  
constituti fratres nostros episcopos ex iuncto nobis  
apostolatus officio fraterna caritate diligere et ecclesiis  
sibi a Deo commissis, suam<sup>m</sup> debemus dignitatem et iusticiam  
conservari. Eaporpter venerabilis in Christo frater Petre,  
archiepiscope, rationabilibus tuis postulationibus gratum  
in pertinentes (sic)<sup>m</sup> assensum<sup>m</sup>, ad exemplar predecessorum  
nostrorum felicis memorie<sup>m</sup>, Calixti, Anastasii, Alexandri et  
Lucii, Romanorum pontificum, Compostellanam beati Iacobi  
ecclesiam, cuius in ea venerandissimum corpus est positum,  
apostolice sedis privilegio communimus et ob ipsius a Deo  
electi apostoli reverentiam archiepiscopalnis cathedre  
dignitatem, quam opulentissima quondam et famosi nominis  
Emeritana civitas, priusquam peccatis exigentibus ab impia  
sarracenorum tirannide possideretur, nabuisse dinoscitur<sup>m</sup>,  
presentis scripti pagina in perpetuum<sup>o</sup> confirmamus.  
statuentes ut eadem<sup>m</sup> Emeritana civitas, si ad potestatem  
christianorum, Domino donante, redierit, episcopum habeat,  
qui Compostellano archiepiscopo, sicut metropoli<sup>m</sup> suo,

debeat perpetuo subiacere. Omnem quoque pontificalis officii plenitudinem quam ipsius Emeritane ecclesie antistites antiquitus habuerunt. Compostellane presul ecclesie integre semper obtineat et quiete suffraganei vero episcopi Emeritane<sup>17</sup> metropolis, qui per Lusitaniam provinciam vel modo sedes proprias obtinent vel in futurum per Domini misericordiam optinuerint. Salmanticensis videlicet Abuiensis, Cauriensis, Civitatensis, Placentina, Pacensis, Oxonomensis et preterea Lamecensis et Egitaniensis necnon Olixbonensis<sup>18</sup> et Elborensis, sicut in nostris sencencis continetur, Compostellano archiepiscopo, cuius consecratio ad Romanam tantum spectat ecclesiam<sup>19</sup> obedienciam et reveranciam (sic)<sup>20</sup>, tamquam proprio metropolitano, prorsus exhibeant. Ipse autem illos<sup>21</sup> consecrandi, ad sua concilia convocandi, cum ipsis etiam ecclesiastica negotia terminandi et eorum ecclesias disponendi auctoritate sedis apostolice liberam omnino habeat facultatem. Prohibemus autem ut nulli canonicorum eiusdem ecclesie beati Iacobi, qui ad aliarum ecclesiarum prelationem assumpti sunt vel in posterum assumentur, honorem vel prebendam seu canonicatum ut ipsa ecclesia liceat retinere, sed alia idonea persona in loco ipsius subrogetur, que ipsi ecclesie deserviat et eiusdem beneficium sortiatur. Illum etiam censum, qui vota dicitur, quem Hyspanorum<sup>22</sup> catholici reges ex singulis boum paribus a flumine Pisorga usque ad mare occidentale et per totam Lusitaniam provinciam atque etiam in Toletto et Traserras<sup>23</sup> annuatim per solvendum pro salute tocios terre statuerunt

liberaliter<sup>19</sup>. eidem ecclesie confirmamus et omnimodo<sup>20</sup>  
interdicimus, ut nulli umquam persone facultas<sup>21</sup> sit eum  
ipsi ecclesie qualibet occasione subtrahere. Obeunte vero te  
nunc eiusdem loci archiepiscopo vel tuorum quolibet  
successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu  
violentia preponatur. /nisi/ quem fratres communi consensu  
vel pars consilii sanioris secundum Deum providerint  
eligendum<sup>22</sup>. Preterea quascumque possessiones quecumque bona  
eadem Compostellana ecclesia impresentiarum iuste et  
canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum,  
largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu  
aliis iustis modis<sup>23</sup>, Deo propitio, poterit adipisci, firma  
tui tuisque successoribus et illi lata permaneant, in quibus  
hec propriis duximus exprimenda vocabulis<sup>24</sup>: civitatem ipsam  
Compostellam, cum cauto suo, cum ecclesiis et monasteriis  
infra eam vel eius territorium constitutis, cum omni iure  
tam diocesano quam regali et cum terminis totius  
episcopatus: videlicet, cum archipresbyteratibus<sup>25</sup> de  
Morracio et de inter Ambos Pontes, de Montibus utrisque<sup>26</sup>,  
de Taberiolis et de Ciria, de Pilonio et de Insula Iaonii,  
de utroque Coronato, de Dormiani<sup>27</sup> et Superaddo et Aranga et  
Monte Iaurino, quomodo dividit cum Parregaa, de Pruciis, et  
de Bisauciis, cum tota interiacente diocesi a castello  
Sancti Pelagii de Luto<sup>28</sup> usque ad Trasancos, monasteria  
quaque omnia et conventuelles seu alias ecclesias infra hos  
terminos constitutas, cum omni iure parochiali, et que  
intra regalia beati Iacobi continentur, cum omni seu

patronatus<sup>em</sup> seu alio iure, quod ad reges pertinuit<sup>em</sup>; videlicet, monasterium Sancti' Pelagii de Antealtaria, monasterium Sancti Martini de Foris, ecclesiam Sancte Marie de Sare, monasterium Sancte Marie de Canogiu, monasterium Sancti Petri de Foris, monasterium Sancti Iusti de Luania, de monasterium de Superado<sup>em</sup>, de Azivario, de Codeseda, de Mosonzo, de Ciniis, de Montefero<sup>em</sup>, de Borgondo, de Nogaria, de Solandres, de Calavario, de Siavia, de Rivomalo, de Moriane, de Ozon, de Savarde, de Portu Orii, de Nometi, de Ciutio<sup>em</sup>, de Briviis, de Meeis, de Archos, et monasterium Sancti Iohannis de Cavea, Sancti Christofori<sup>em</sup>, Sancti Veriximi, Sancti Georgii, Sancti Thome de Pinario et Sancti Iacobi de Ermello. Preterea regalem capellaniam et cancellariam, quam bone memorie Alfonsus, illustris Hyspanie<sup>em</sup> rex, ecclesie vestre concessit et scripti sui pagina roboravit; castrum quoque quod vocatur Honestum, et Iriam, cum servis et omnibus appendiciis suis; castrum quod vocatur Sancta Maria de Lanceata, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod vocatur Ciria, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Citofacta, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Cotobadi<sup>em</sup>, cum pertinenciis suis; castrum Daravum, cum villis et ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Luparia, cum ecclesiis et pertinenciis suis; territo/rium/ quod vocatur Amaea, cum omnibus possessionibus quas ibi habe/s/<sup>em</sup>; Pistomarcos, cum servis et possessionibus quas in eo

habetis: Bisetium, cum servis quos ibi habetis<sup>38</sup>; Dubriam, cum possessionibus quas ibi habetis: Lenias, cum pertinenciis suis; Lucrosam, cum servis et pertinenciis suis; Montanos, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi nabetis<sup>39</sup>; Cornatum<sup>40</sup>, cum possessionibus quas ibi habetis; Ventosam, cum Insula de Laonio; Montes quos quamdoque Suarius Froile a vestra ecclesia tenuit, cum altera medietate, integros; burgum de Ponte Veteri, cum pertinenciis suis: Taveiriolos, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi habetis: Ripam Uliae<sup>41</sup>, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi habetis; Deciam, cum possessionibus et ecclesiis regalibus et omnibus pertinenciis suis; terram de Superaddo integrum, cum pertinenciis suis: in eadem Decia monasterium Sancti Laurencii de Carbonario, quod<sup>42</sup> ecclesie Compostellane secundum ius patronatus adiudicatum fuit<sup>43</sup> per sentenciam dilecti filii nostri Gregorii, quondam<sup>44</sup> Gregorii Sancti Angeli<sup>45</sup> diaconi cardinalis, tunc apostolice sedis legati: medietatem burgi de Faro, cum pedagio navium et iuri fisci: vilas de Ceeya<sup>46</sup> in Nemancos, et de Oca in Bregantinos<sup>47</sup>, de Leilloio in Seaia, de Avegondo, Piavela, Deio, Luvre<sup>48</sup> et de Xvis<sup>49</sup> in Endis, de Toovre in Pruciis cum cautis, ecclesiis et pertinenciis suis; et alias ecclesias seu possessiones quas iuri proprietatis extra fines regalium vestrorum per eundem episcopatum habetis. In episcopatu quoque Minduniensi, ecclesiam Sancti Laurentii de Arbore, cum cauto<sup>50</sup> quod dicitur Vill. de Maures, et Villam Petri, cum

ecclesia sua; et ecclesias de Rivo Averso et Sancte Eolalie  
Alte et de Radigosa et Sancte Marie de Turre et Sancti  
Martini de Palaciis. cum omnibus pertinenciis suis. In  
episcopatu Lucensi. villas de Recelli et de Cesa. In  
episcopatu Auriensi. villas de Amarante. de Iovin et de Vite  
et de Villari Regis et medietatem Souti de Parata. In  
episcopatu Tudensi. caustum<sup>us</sup> quod dicitur de Molis. cum  
omnibus ecclesiis intra<sup>m</sup> ipsum contentis. et monasterium de  
Cella et villas de Lazoiro. Baldranes et Lamamala<sup>us</sup> et  
Nugaria. In episcopatu Bracharensi villas de Corneliana<sup>us</sup>.  
cum ecclesiis suis. et Moaci et Gandufi<sup>us</sup>. cum montibus.  
exitibus et pertinenciis suis. In Valle Carceris. hospitale  
quod dicitur Anglorum. cum ecclesia sua. et aliam ecclesiam  
que ipsi ex eadem parte superiacet. et villas de Tabladelo  
et de Parata. In episcopatu Asturicensi villas de  
Cacabellis<sup>us</sup>. cum ecclesia sua. et de Carvallal et ecclesiam  
Sancti Iacobi de Requeixo de Sanabria<sup>us</sup>. In episcopatu  
Legionensi. domos<sup>us</sup> que iuerunt<sup>ur</sup> archidiaconi Thome. in  
ipsa civitate; villam de Ledigos. cum ecclesia sua et partem  
ville de Furones<sup>us</sup>. cum omni iure quod habetis in ecclesia;  
in ripa Estole villam Alexis. et villam Leandri. cum  
ecclesiis suis; et iuxta monasterium Sancti Facundi. villam  
Cerame. In episcopatu Palentino. ecclesiam Sancti Michaelis  
de Valloria. et villam dictam Savugelo de Raaces. cum  
pertinenciis suis et omni iure regali. sicut Alfonsus<sup>us</sup>.  
illistris Castellanorum rex. ecclesie beati Iacobi eam  
donasse dinoscitur. In episcopatu Ovetensi. in villa

Quexida<sup>et</sup> omnes ecclesias. Et in Benevento ecclesiam Sancte Marie de Ventosa. In Asturiis, ecclesias Sancti Iohannis de Cerreda et villam Armillum, cum hospitali, quod est instrata, cum montibus et omnibus pertinentiis suis. In episcopatu Zamorensi, villas et ecclesias de Arquilinis et de Arcos et ecclesiam Sancti Iacobi de Zamora, villas de Palaciis et de Spino et de Aldeola, cum ecclesiis suis. In episcopatu Salamantino, villam de Munigno Asnar, cum ecclesia<sup>et</sup> sua et villam que dicitur Ecla, et villam Bilvestre, cum iure regali, et ecclesiam Sancti Martini de Ledesma et alias ecclesias vel possessiones quas in predictis episcopatibus habetis. In episcopatu Cauriensi, castrum quod dicitur Attalaia Pelagii Veliidiz<sup>et</sup>, cum terminis suis, et ecclesiam de Granata que dicitur Sancti Iacobi, cum domibus et piscariis et aliis possessionibus quas ibi acquisistis<sup>et</sup>. Ecclesias quoque et possessiones quas<sup>et</sup> Vasconia et in Italia et in aliis partibus orbis per diversos episcopatus habetis. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt usibus omnimodis profutura<sup>et</sup>, salva in omnibus apostolice sedis auctoritate.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita, nisi

reatum suum digna satisfactione correxerit. potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. amen. amen.

(R.)<sup>ss</sup> Ego Inocentius. catholice ecclesie episcope. ss.

(BN.)

(1<sup>a</sup> col.) Ego Octavianus. Hostiensis et Velletrensis episcopus. ss.- Ego Petrus. Portuensis et Sancte Rufine episcopus. ss.- Ego Iohannes. Albaniensis episcopus. ss.

(2<sup>a</sup> col.) Ego Pandus. basilice XII Apostolorum presbiter cardinalis. ss.- Ego Petrus. tituli Sancte Cecilie. presbiter cardinalis. ss.- Ego Guido. Sancte Marie Transtyberum. tituli Calixti. presbiteri cardinalis. ss.- Ego Hugus. presbiter cardinalis Sancti Martini. tituli Equitii. ss.- Ego Cinthus. tituli Sancti Laurentii in Lucina. presbiter cardinalis. ss.- Ego Bernardus. Sancti Petri ad Vincula. presbiter tituli Eudoxie. ss.- Ego Soffredus. tituli Sancte Praxedis. presbiter cardinalis. ss.- Ego Iohannes. tituli Sancte Prisce presbiter cardinalis. ss.

(3<sup>a</sup> col.) Ego Gerardus. Sancti Adriani. diaconus cardinalis. ss.- Ego Gregorius. Sancte Marie in Porticu.

diaconus cardinalis. est. Ego Gregorius. Sancte Marie in  
Aiquro. diaconus cardinalis. ss.- Ego Gregorius. Sancti  
Georgii ad Vellum Aureum. diaconus cardinalis. ss.- Ego  
Gregorius. Sancti Angeli. diaconus cardinalis. ss.- Ego  
Centius. Sancte Lucie in Hertea. diaconus cardinalis. ss.-  
Ego Hugo. Sancti Eustachii. diaconus cardinalis. ss.<sup>29</sup>

Datum Laterani per manum Rainaldi. Acheruntini  
archiepiscopi. cancellarii vicem agentis. II' idus iulii.  
indictione III<sup>30</sup>. Incarnationis Dominice anno M<sup>o</sup> C<sup>o</sup> XX<sup>2</sup>  
VIII<sup>31</sup>. pontificatus vero domini innocentii pape III anno  
secundo.

NOTAS

<sup>1</sup>Vid otras copias en HAGENADER, op cit. ibidem.

<sup>2</sup>Otras regestas menos asequibles en ID., ibidem.

<sup>3</sup>HAGENEDER y MANSILLA: falta desde Innocentius hasta fratri.

<sup>4</sup>VAZQUEZ MARTINEZ: falta desde Innocentius hasta in perpetuum.

<sup>5</sup>Répite suam.

<sup>6</sup>VAZQUEZ MARTINEZ, MANGILLA y HAGENEDER: falta desde fratres  
hasta in pertientes.

<sup>7</sup>VAZQUEZ MARTINEZ: assensu.

<sup>8</sup>MANSILLA y HAGENEDER: recordationis.

<sup>9</sup>ID. y VAZQUEZ MARTINEZ: dignoscitur.

<sup>10</sup>ID., ID. y HAGENEDER: in perpetuum.

\*\*MANSILLA: eidem.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ: Emeritanensis.

\*\*ID. y MANSILLA: Ulixbonensis

\*\*ID., ID.: ecclesiam expectat.

\*\*ID., ID. y HAGENEDER: reverentiam.

\*\*MANSILLA: ipsos.

\*\*ID., VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Hispanorum.

\*\*ID., ID., ID.: transcorripit.

\*\*ID., ID., ID.: eidem liberaliter.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ: omittendis.

\*\*ID.: unquam fas. MANSILLA: unquam persone fas. - HAGENEDER:

fas.

\*\*ID., ID., ID.: falta desde nunc hasta eligendum.

\*\*Repetido modis y borrado por expuntuacion.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: falta desde  
quecumque hasta exprimenda.

\*\*ID., ID., ID.: archipresbyteratibus.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ: utriusque.

\*\*ID. y HAGENEDER: Dorian.

\*\*ID., ID.: Loco.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ: patronatu.

\*\*MANSILLA: pertineat.

\*\*ID., VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Supereddo.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ: Monteferro.

\*\*ID.: Civitio.

\*\*ID. y MANSILLA: Christophori.

\*\*VAZQUEZ MARTINEZ: Hispaniae.

<sup>26</sup>ID.: Cethobadi.

<sup>27</sup>Habes y borrado his por expuntación.

<sup>28</sup>MANSILLA: habes.

<sup>29</sup>ID.: habes.

<sup>30</sup>VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Coronatum.

<sup>31</sup>VAZQUEZ MARTINEZ: Ulige.

<sup>32</sup>Al margen desde in hasta quod.

<sup>33</sup>Al margen ad iudicatum fuit: VAZQUEZ y MANSILLA: est.

<sup>34</sup>VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: falta Gregorii nostri quondam.

<sup>35</sup>Al margen desde quondam hasta angelii.

<sup>36</sup>VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: Ceeia.

<sup>37</sup>VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Bregantin.

<sup>38</sup>ID., ID. y MANSILLA: Seia, de Avegundo. Piaveladegio,  
Liure.

<sup>39</sup>VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Ruis.

<sup>40</sup>VAZQUEZ MARTINEZ: cuntis.

<sup>41</sup>ID.: Castro.

<sup>42</sup>ID.: castrum.

<sup>43</sup>ID.: infra.

<sup>44</sup>ID., MANSILLA y HAGENEDER: Lamala.

<sup>45</sup>VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Corneliani.

<sup>46</sup>VAZQUEZ MARTINEZ: Gondusi.

<sup>47</sup>ID., y HAGENEDER: Cacavelli.

<sup>48</sup>VAZQUEZ MARTINEZ: Sanabris.

<sup>49</sup>ID.: falta domos.

<sup>50</sup>ID.: fecerunt.

\* ID.: Turones.

\* ID. y MANSILLA: Alphonsus.

\* ID., ID. y HAGENEDER: Olersida.

\* VAZQUEZ MARTINEZ: ecclesiis.

\* ID.: videlicet.

\* ID.: acquisitistis.

\* ID.: quas in.

\* ID., MANSILLA y HAGENEDER: falta desde ut hasta profutura.

\*+ Fac mecum, Domine, signum in bonum. Sanctus Petrus.

Sanctus Paulus. Innocentius papa III.

\* VAZQUEZ MARTINEZ, MANSILLA y HAGENEDER: falta desde in futurum hasta cardinalis.

\* VAZQUEZ MARTINEZ: secundo.

\* ID.: secunda.

\* MANSILLA: Mo C<sup>o</sup> XCVIII.-VAZQUEZ MARTINEZ y HAGENEDER: Mo C<sup>o</sup> XCIX.

1200, diciembre, 12. Villafranca del Bierzo.

Alfonso IX acota el monte Buste Mayor en favor de  
la catedral de Santiago.

Fol. 10 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 145.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 253, 58-539 y 541-542.

In Dei nomine. Ego Adefonsus, Dei gracia rex Legionis et  
Gallecie, per hanc cartam notum facio' universis,  
presentibus et futuris, quod sic incauto Deo et ecclesie  
beati Iacobi et donno Petro, eiusdem sedis reverendo  
archiepiscopo, et suis successoribus, imperpetuum, illum  
suum montem de Busto Maiori, quod nullus ab hanc diem<sup>+</sup>  
regiam vocem tenens vel<sup>z</sup> alius in ipso monte ei contrarium  
aliquid facere audeat vel impedimentum predictum unquam<sup>z</sup>  
montem, cum omnibus suis cautis et cum omnibus suis  
pertinenciis et directuris ei incauto ut sibi liceat in eo  
popullacionem<sup>z</sup> de novo facere<sup>z</sup> et quicquid sibi et ecclesie  
sue intellexerit profuturum.

Si quis igitur tam de meo genere quam de alieno hanc  
cartam incautacionis mee infringere vel violare modo aliquo  
ausus fuerit, iram Dei habeat et maledicionem et regiam  
indignationem incurrat. et quod invaserit in duplum  
componat, et pro ausu temerario regie voci et predicte  
ecclesie duo millia aureorum persolvere compellatur.

Facta carta apud Villamfrancam in Bergido, pridie idus  
decembris, era Ma CC<sup>a</sup> XXX<sup>a</sup> VIII<sup>a</sup>. Regnante rege domno  
Alfonso Legione, Galleca, Asturiis et Extrematura<sup>z</sup>.

(1<sup>a</sup> col.) Mauricio, Legionensi episcopo.- Iohanne,  
Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoriensi<sup>z</sup> episcopo.- Ruderico,  
Lucensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.- Guncalvo<sup>z</sup>,

Salamantino episcopo.

(Signo Rodado)<sup>11</sup>.

(2a col.) Comite Gomez, tenente Trastamar<sup>12</sup>, Sarriam et Monten Rosum.- Eius filio Velascus Gomez, tenente Montem Nigrum et Chamosum.- Ruderico Petri, tenente Extrematuram, Cemoram<sup>13</sup> et Taurum.- Gunzalvo<sup>14</sup> Iohannis, tenente Limiam.- Fernando Garsie, regis maiordomo.- Nuno Nuniz, tenente Lemos.- Muniz Ruderici, regis signifer<sup>15</sup>.

Domno Petro Velie, cancellario domini regis. Adefonsus scripsit.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Borrado por expuntuación uni, repetido.

<sup>2</sup>GONZALEZ, in perpetuum.

<sup>3</sup>ID.: die.

<sup>4</sup>ID.: nec.

<sup>5</sup>ID.: inquam.

<sup>6</sup>ID.: populationem.

<sup>7</sup>ID.: facere.

<sup>8</sup>ID.: Strematura.

<sup>9</sup>ID.: Astoricensi.

<sup>10</sup>ID.: Gundisalvo.

<sup>11</sup>Signum Adefonsi regis Legionis.

<sup>12</sup>GONZALEZ: Trastamarem.

COLECCION DOCUMENTAL. II.

\* ID.: Zamoram.

\* ID.: Gundisalvo.

\* ID.: Munius.

1204, setiembre, 19. Allariz.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la aldea de  
Cadalso.

Fol 103 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 187.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 36.- GONZALEZ: Alfonso  
IX., I, págs. 268 y 323.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quoniam regis catholici interest cathedrales regni sui ecclesias diligere, tueri ac venerari, necnon de possessionibus et de affluentibus suis eas copiose ditare, ut terrena largiendo eterna valeat adipisci. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, per hoc scriptum perpetuo duraturum notum facio presentibus et futuris quod do et hereditario iure concedo Deo et ecclesie Sancti

gloriosissimi apostoli Iacobi et vobis domino Petro, eiusdem ecclesie archiepiscopo, et successoribus vestris, in perpetuum, illam aldeam regalengam in Arrago, que aldea dicitur Cadafalsus, et est in territorio Cauria. Do inquam ipsam aldeam per suos terminos et divisiones ubicumque potuerint reperiri. Hoc autem facio ob remedium anime mee et animarum patris mei et avorum meorum, recognoscendo bona que mihi per intercessionem gloriosissimi apostoli Iacobi evenerunt, et quia in orationibus que in predicta ecclesia Deo iugiter exhibentur eo largiente, qui docet mites vias suas, partem desidero promererri.

Si quis igitur tam de genere meo quam de extraneo hanc cartam donationis infringere vel revocare modo aliquo attemptaverit, iram Dei habeat et regiam indignationem incurrat, et si quid invaserit in duplum componat, et pro temerario ausu regie parti et ecclesie Sancti Iacobi mille aureos pectare cogatur, et tandem cum Iuda, Domini traditore, et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno.

Facta carta apud Allariz, XIII kalendas octobris, era Ma  
CCA XLII.

Ego rex dominus Adelphonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1a col.) Petro IIIº, Compostellano archiepiscopo.-  
Manrico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Cvetensi episcopo.-  
Lupo, Astoricensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.-  
Gunsalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi

episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.- Ruderico, Lucensi  
episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.

(Signo no rodado)

(2a col.) Didaco Lupi, tenente Asturias, Sorriam, Montem  
Nigrum et Taurum.- Petro Fernandi Castellano, regis  
maiordomo, tenente Extrematuram.- Gunzalvo Nuniz, tenente  
Transtamarem, Montem Rosum et Lemos.- Fernando Guterrii,  
tenente Limiam.- Laurencio Suariz, regis signifero.

Fernando, Compostellano decano, domini regis cancellario  
existente. Petrus Petri, regis notarius, scripsit.

90

1204, noviembre, 11. Santiago.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago el realengo  
de Rego a cambio de una heredad en Melgar, que habia  
dado al monasterio de Valdedios.

Fols. 107 v.-108 r.\*

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 194.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 37.- GONZALEZ: Alfonso  
IX. I, págs 119-120 , 405.

(Christus). In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.

Quoniam regis catholici interest sancta loca et cathedrales proprii regni ecclesias tota mentis devotione diligere ac venerari, et maxime illam a qua tota eius regio splendet et speciali honore precipue decoratur, cui, si quicquam in parte aliqua sit subtractum ei⁹ hoc ipsum debet decenter reconpensari. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, per hoc scriptum perpetuo valitum notum facio presentibus et futuris quod do et hereditario iure concedo Deo et ecclesie Sancti Iacobi et vobis, domne Petre, eiusdem sedis archiepiscopo, ac vestris successoribus, in perpetuum, quantum ad regiam pertinet vocem in aldea illa de Rego, que est circa Barrentos, tam in sernis et aliis hereditatibus quam in aliis foris et consuetudinibus. sicut ad regiam omnia ibi pertinet vocem, per suos terminos et antiquas divisiones, in concambium, inquam, hereditatis de Melgar, de termino Valentie. Predictum regalengum vobis concedo que prius vobis et ecclesie beati Iacobi concessa fuerat et a me est postmodum concessa monasterio de Valle Dei.

Si quis igitur de genere meo vel de alieno hanc cartam vobis et successoribus vestris in aliquo voluerit violare et hoc factum meum revocare temptaverit vel cassare, iram Dei et maledictionem habeat et regiam indignationem incurrat, et quod invaserit in duplum restituat, et pro temerario ausu tria milia morabitinorum persovat, carta nichilominus in suo robore permanente, et tandem cum Iuda, Domini traditore, et Datam et Abiron, quos vivos terre absorbuit, penas luat

perpetuas in inferno.

Facta carta Compostelle, III idus novembris, sub era M CC  
XLII. Regnante rege domno Adefonso Legione, Gallecia,  
Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1a col.) Mauricio, Legionensi episcopo.- Iohanne,  
Ovetensi episcopo.- Lupe, Astoricensi episcopo.- Martino,  
Cemorensi episcopo.- Gunsalvo, Salamantino episcopo.-  
Roderico, Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.-  
Adefonso, Auriensi episcopo.- Petro, Tudensi episcopo.-  
Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado).<sup>a</sup>

(1a col.) Comite domno Gomez, tenente Transtamarem.-  
Domno Didaco Lupi, tenente terram Legionis et Asturias.-  
Domno Petro Fernandi, rege maiordomo, Extrematuram et  
Transerram.- Gunsalvo Nuni, Montem Rosum et Lemos et partem  
Transtamaris.- Fernando Gutierrez, Limiam.- Nuno Nuni,  
Toronium.- Fernando Fernandi, Gemoram et Villam Fafilem et  
Alcaniz.- Alvaro Roderici, Legionem et Pontes de Ferro,  
Tedra et Alvam.- Laurencio Suariz, regis signifero et  
Vaabiam.- Ruderico Fernandi, Trivis et Caldelas.- Roderico  
Ordonii, regis maiorino.

Martinus Nuni de mandato domini Froile scripsit. Fernando,  
compostellanus decano tunc existente regis cancellario.

NOTAS

\*Original en SANTIAGO A.C.

\*GONZALEZ: ei.

\*ID.: quia.

\*Signum Adefonsi regis Legionis.

\*GONZALEZ: Trives.

\*ID.: cancellario.

91

1204, noviembre, 11. Santiago.

Alfonso IX se reconcilia con los canónigos de Santiago y les restituye la cuarta parte de unas viñas en Ribadavia, recibiendo en robra doscientos marcos.

Fols. 172 v.-173 r. y 176 r.-177 r.. en confirmación de Fernando III de 1232, febrero, 26.

ED.: DE MANUEL: Memorias, pags 398-400, según la confirmación de Fernando III.- LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. VI, incompleto.- GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 193.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. págs. 35-37.- GONZALEZ:

Alfonso IX. I, págs 323 y 420.- PORTELA PAZOS: Decanología,  
págs. 84-85.

(Christus.)' In nomine Domini nostri Ihesu Christi', amen. Ego Adefonsus", Dei miseratione rex Legionis et Gallecie, quamvis non quantas debeo, quantas tam" possum gratias ago Domino Deo qui mihi tribuit intellectum, ut et videre valeam a quibus me liberaverit malis et agnoscere possim que bona mihi ac regno meo conferre dignatus fuerit, nullis meis exigentibus meritis, sed sola gloriosissimi apostoli Iacobi intercessione cuius reverentissimum corpus Compostellanam ecclesiam sua presencia sublimiter decoravit nam sicut apud universos Christi fideles per eum gloria regno nostro cumulatur in dies singulos, sic et eius patrocinio ad omnes casus indesinenter nos protegi, et nos ipsi certis probavimus experimentis et parentum nostrorum exempla sufficienter nos docuerunt, qui, pre plurimis ab eo mirabiliter perceptis beneficiis temporalibus", retributionibus suis eius ecclesiam magnifice sublimare studuerunt, electis ibi sepulturis, inde saluti sue" futura" remedia sperantes, unde certi fuerant temporaliter etiam se fuisse premunitos. Nos quoque, licet inmeriti, ei recognoscimus quod inter ambiguos nostri sublimationis casus eius miseratione in paterni regni solio repositi sumus, et contra plurimos hactenus incursus suo sumus patrocinio

protecti. Qui nobis misericorditer obtinuit a Domino ut  
relicta iuventutis et ignorancias nostris dato spiritu  
conpunctionis dignaretur oblivisci; inter que delicta non  
modicum reputavimus quod, adversus sacratissime matris  
nostre eiusdem apostoli ecclesie reverendum conventum.  
suggerente salutis nostre adversario, non modicam licet  
indebitam conceperamus offensam, non attendentes adhuc quod,  
probatio nostre erga apostolum devotionis, exhibito esse  
honoris ad eos qui, cotidianis<sup>1</sup> eius laudibus mancipati,  
cotidianis instant<sup>2</sup> orationibus pro nostra et regni nostri  
omniumque salute. Unde inter cetera nobis ad<sup>3</sup> eodem  
apostolo collata bona, maximum et hoc reputamus, quod eius  
beneficio inducti sumus recognoscere, quantum nos, qui  
specialius tenemur, diligere debeamus et revereri quos  
universe christianitatis<sup>4</sup> principes et populi non desistunt  
cum summa devotione venerari. Presenti igitur scripto  
presentibus volumus ut innotescat et futuris. quod, caciente  
per gratiam suam Domino, omni prorsus precedentis offense  
caligine de corde nostro detersa<sup>5</sup>, integrum eidem conventui  
dilectionis nostre gratiam reformamus eorum nobis ac regno  
nostro suppliciter orationum suffragia depositentes. In  
signum vero pure ac plene reconciliationis nostre,  
restituimus eis<sup>6</sup> quartas partes fructuum illarum vinearum,  
quas homines de burgo de Rippa Avie, dicto Villa Regis, vel  
quilibet<sup>7</sup> alii coluerunt, colunt et colent in termino illic  
cellarii mei de Castrelo, qui est inter Quinzanam<sup>8</sup> et  
predictum burgum de Rippa Avie, quas quartas partes

dederamus eis. cum ante ipsius apostoli tumbam<sup>16</sup>, de  
reverentissimo ipsius altari militie cingulo tuimus  
insigniti. Confitemur autem. cum gratiarum actione. nos ab  
illis recepisse nomine roborationis huius carte<sup>17</sup> ducentas<sup>18</sup>  
marchas argenti. Hanc autem donationem prius et  
restitutionem<sup>19</sup> nunc factam ita volumus firmam et  
inconcussam deinceps permanere. quod eam super<sup>20</sup> sanctum  
altare eiusdem apostoli manibus nostris firmavimus. et  
firmantes obtulimus ut nulli umquam de genere nostro vel  
de<sup>21</sup> extraneo eam violare aut revocare<sup>22</sup> liceat.

Si quis igitur eam<sup>23</sup> revocare aut infringere  
attemptaverit. iram Dei omnipotentis et beati apostoli  
Iacobi habeat et regiam indignationem incurrat. et si quid  
invaserit ipsius duplum restituat. et pro temerario ausu regie  
parti et ecclesie Sancti Iacobi decem milia morabitinos  
pectare cogatur. et tandem cum Iuda Domini proditore et cum  
Datan et Abiron. quos vivos terra absorbuit. penas luat  
perpetuas in inferno<sup>24</sup>.

Facta carta apud Sanctum Iacobum. III<sup>25</sup> idus novembris.  
era Ma CC<sup>26</sup> XLIIa.

Ego rex Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et  
confirmo et signo et sigillo meo communio.

(1a col.) Petro III<sup>27</sup>. Compostellano archiepiscopo.-  
Manrico. Legionensi episcopo.- Iohanne. Ovetensi episcopo.-  
Lupo. Astoricensi episcopo.- Martino. Cemorensi episcopo.-  
Gundisalvo. Salmantino episcopo.- Martinc. Civitatensi  
episcopo.- Arnaldo. Cauriensi episcopo.- Ruderico<sup>28</sup>. Lucensi

episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Pelagio.

Minduniensi episcopo.- Petro, Tudensi episcopo.

(Signo rodado)<sup>28</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Comite Gomez, domini regis vassallo, tenente Transtamarem.- Didaco Lupi, tenente Asturias, Sarriam et Montem Nigrum et Taurum.- Petro Fernandi Castellano, regis maiordomo, tenente Extrematuram et Transserratam.- Gundisalvo Nuniz, tenente Montem Rosum et Lemos.- Fernando Guterii, tenente Limiam.- Fernando Fernandi de Bragancia, tenente Cemoram et Villam Fafilam.- Laurentio Suarri, domini regis signifero.- Ruderico Aprilis, tenente Mansellam.- Alvaro Ruderici, tenente Legionem, Beneventum<sup>29</sup> et Pontes de Ferro.- Ruderico Fernandi, tenente Trives et Caldelas.- Ordonio Alvariz, tenente Sierium et Casum.- Ruderico<sup>30</sup> Ordonii, meirino regis maiores.

Froila, domini regis vicecancelario, presente, Fernando Compostellano decano, domini regis cancellario, Petrus Petri, regis notarius, scripsit.

---

NOTAS

<sup>1</sup>GONZALEZ: falta el crismón.

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO: nostri xpisti.- GONZALEZ: falta Ihesu.

<sup>3</sup>En conf.: Aldoconsus.

<sup>4</sup>GONZALEZ: tamen.

- "ID. y LOPEZ FERREIRO: temporabilibus.
- "LOPEZ FERREIRO: falta sue.
- "En conf.: futuram.
- "DE MANUEL: miserationi patrii.
- "ID.: quotidianis.
- "ID.: quotidianis instanti.
- "GONZALEZ: ab.
- "LOPEZ FERREIRO: xristianitatis.
- "DE MANUEL: meo de tertia.
- "GONZALEZ: ei.
- "ID.: qualibet et.
- "DE MANUEL: Quintanam.
- "En conf.: ipsius.
- "GONZALEZ: tumulum.
- "En conf.: karte.
- "LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: CC.
- "En conf.: institutionem.
- "En conf. y DE MANUEL: si per.
- "LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: falta de.
- "DE MANUEL: aut revocare.
- "ID.: falta in.
- "LOPEZ FERREIRO: falta desde igitur hasta inferno.
- "DE MANUEL: tertio.
- "GONZALEZ: Rusderico.
- "Signum Adefonsi regis Legionis.
- "LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: Benevento
- "GONZALEZ: Benedito.

1205, enero, 23, Salamanca.

Alfonso IX ratifica la donación del relaengo de  
Rego a la catedral de Santiago y le añade unas casas  
en Astorga.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 196.

CT.: LOPEZ FERREIRO: Historia Catedral V. pág. 37.-

GONZALEZ: Alfonso IX. I. pág. 21.

(Christus.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen.  
Quoniam ea que in presenti agibus firma volumus perpetuo et  
inconcussa permanere. Iccirco ego Adefonsus, Dei gratia rex  
Legionis et Gallecie, per hoc scriptum perpetuo duraturum  
notum facio presenti us et futuris quod do<sup>i</sup> in concubium  
ecclesie Sancti Iacobi et vobis domno Petro, eiusdem  
ecclesie reverendo archiepiscopo, vestrisque successoribus  
in perpetuum, pro hereditate de Melgar, que vestra erat, in  
termino de Valentia, quam ego dedi monasterio de Valle Dei.  
Do, inquam, in concubium predicte hereditatis illud meum  
regalengum de Rego, cum omnibus suis foris, directuris et  
pertinenciis, et regales domos meas que sunt intra muros de

Astorica, cum omnibus exitibus suis et pertinenciis intus et extra.

Si quis igitur de genere meo vel de extraneo hanc cartam concambii irritare aut revocare modo aliquo attemptaverit, iram Dei habeat et regiam indignationem incurrat, et si quid invaserit in duplum vobis componat, et pro temerario ausu regie parti mille morabetinos persolvat, carta semper in suo robore permanente, et tandem cum Iuda Domini traditore et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbut, penas iurat perpetuas in inferno.

Facta carta apud Salamancam. X kalendas februarii, era M  
CCæ XLIII.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigilli mei appositione communio.

(1<sup>a</sup> col.) Petro IIIO. Compostellano episcopo.- Marrico,  
Legioneensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo,  
Astoricensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Pelagio,  
Minduniensi episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.-  
Martino, Lemorensi episcopo - Petro, Tudensi episcopo.-  
Martino, Cemorensi.- Gundisalvo, Salamantino episcopo.-  
Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado).\*

(2<sup>a</sup> col.). Domno Didaco Lupi, tenente Asturias et  
Taurum.- Lupo Didaci, tenente Extrematuram.- Gundisalvo  
Munii, tenente Lemos, Montem Rosum et Transtamarem.-  
Fernando Guterri, tenente Limiam.- Alvaro Ruder ci, tenente  
Legionem, Beneventum et Astoricam.- Fernando Gunsalvi"

tenente Maioricam et Villarpandum.- Laurencio Suariz, regis maicerdomo.- Gonçalvo Gomez, regis signifero.- Ruderico Aprilis, tenente Mansellam.- Fernando Fernandi, tenente Cemoram<sup>a</sup>.- Ordonio Alvari, tenente Sierium et Casum.- Ruderico Ordonii, existente merino regis.

Petrus Petri, regis notarius, scripsit, Fernando, Compostellano decan<sup>o</sup>, domini regis cancellario<sup>c</sup> existente.

NOTAS

<sup>a</sup> Repite do.

<sup>b</sup> Repetido.

<sup>c</sup> Signum Adefonsi regis Legionis.

<sup>d</sup> GONZALEZ: Gundisalvi.

<sup>e</sup> ID.: Cemoram.

<sup>f</sup> ID.: cancellario.

1205, marzo, 25. Toro.

Alfonso IX cambia con la Iglesia de Santiago la aldea de Ciajoso por la de Pujocerrorostro y otros bienes.

Fols.: 23 v.-24 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 198.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. pág. 37.- GONZALEZ: Alfonso IX. I. págs. 121 y 268.

(Christus.) In Dei nomine. Quoniam ea que in presenti agimus firma volumus perpetuo et inconcusa permanere. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, per hoc scriptum semper valitum notum fieri volo presentibus et futuris, quod ecclesie Sancti Iacobi et vobis domno Petro, eiusdem ecclesie reverendo archiepiscopo, vestrisque successoribus imperpetuum<sup>1</sup>, pro aldea que dicitur Cadafal, in termino de Cauria, que hereditas vestra erat et nunc do eam fratribus de Pirario. Do, inquam, vobis in concambium pro ea decem iugarias in dicta aldea de Cadafalso, in bono loco, iuxta villam, et quod habeatis bonam partem in fluvio; et preterea do vobis in ipso concambio aldeam illam<sup>2</sup> que dicitur Pugnus ad Rostrum, in Arrago, in termino de Cauria, ut ista supradicta habeatis cum totis suis pertinenciis et directuris et de cetero totum velle vestrum de eis sicut de aliis hereditatibus vestris faciatis.

Quicumque igitur sive sit de genere meo sive de alieno han cartam concambii revocare vel irritare modo aliquo

attemptaverit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignacionem incurrat, et si quid invaserit in duplum vobis restituat, et pro temerario ausu regi parti in penam tria milia morabetinos pectare cogatur et tandem cum Iuda Domini traditore et cum Datan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, pennas luat perpetuas in inferno, et carta ista semper obtineat rubor.

Facta carta apud Taurum, VIII kalendas aprilis, era Ma  
CCa XLIII.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Petro III. Compostellano archiepiscopo.-  
Iohanne, Ovetensi episcopo.- Lupo, Astoricensi episcopo.-  
Ruderico, Lucensi episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.-  
Martino, Zemorensi episcopo.- Gunçalvo, Salamantino  
episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo,  
Cauriensi episcopo.

(Signo rodado)<sup>3</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Domno Didaco Lupi, tenente Asturias et Taurum.-  
Laurencio Suarri, regis maiordomus.- Lupo Didaci, tenente  
Extrematuram.- Gundisalvo Nuniz, tenente Trastamaram et  
Montem Rosum.- Fernando Guterrii, tenente Limiam.- Alvaro  
Ruderici, tenente Legionem et Astoricam.- Gunzalvo Gomez,  
regis signifero.- Fernando Fernandi, tenente Zemoram.-  
Ruderico Vermudi, tenente Cauriam.

Petrus Petri, regis notarius, scripsit. Fernando,  
Compostellano decano, domini regis cancellario existente.

NOTAS

\* GONZALEZ: in perpetuum.

\* ID.: aldea illa

\* Signum Adefonsi regis Legionis.

94

[1206], abril, 1. Roma, San Pedro.

Inocencio III da instrucciones a los obispos de Zamora y Salamanca sobre el modo de pagar los votos de Santiago.

Fol. 242 r.v.

ED.: MANSILLA: Inocencio III, nº 335, con fecha 1206, marzo, 23, según Reg. Vat. 7, fol. 78 v.

REG : MANSILLA: Inocencio III, nº 337, indicando que debe ser el mismo que el nº 335.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 27-28.

Innocencius (sic) episcopus, servus servorum Dei.  
Venerabilibus fratribus Zemorensis et Salamntinus episcopis,  
salutem et apostoloicam benedictionem.<sup>1</sup> Ex parte venerabilis  
fratris nostri Compostellani archiepiscopi fuit prpositum  
coram nobis quod cum hii qui vota beati Iacobi continue  
persolverunt, ad communem mensuram terre sue, cum qua,  
videlicet emunt et vendunt, ipsa solverint hactenus et  
persolvant, quidam, quia longis retro temporibus ad eorum  
solucionem cessarunt, nunc per vos apostolice sedis  
auctoritate ad solucionem eorundem coacti, quandam mensuram  
parvissimam et ignotam nec etiam communibus usibus deputatam  
exhibit, ad eandem vota predicta solvere monuntur<sup>2</sup>; unde  
postullavit a nobis ut super hoc vos certos reddere  
dignaremur utrum hii, qui mensuram prenominatam<sup>3</sup> exhibit ad  
solvendum ut<sup>4</sup> prescripta, sint ad communem sue terre  
mensuram secundum quod illi, qui ea solverunt continue,  
faciunt, compelleri. Cum ergo non constet ad quam mensuram  
antecessores eorum prescripta vota persolverit<sup>5</sup>, credimus  
distinguendum, utrum habitatores regionis ipsius, qui ea  
continue persolverunt, ad unam et eandem mensuram huiusmodi  
vota persolvant, an ad varias et diversas; si enim  
communiter omnes una et eadem mensura in solucione votorum  
utuntur ad eandem et illi solvere<sup>6</sup> cogendi; quod si communis  
solucio per mensuram distinguntur<sup>7</sup> varias et diversas, et  
illi volunt solvere ad minorem, non sunt utique compellendi,  
ut ad maiorem persolvant, quoniam, cum huiusmodi vota

gratuita fuerint ab inicio, benignius sunt, a viris ecclesiasticis exigenda, ne, tamquam exactores minum<sup>o</sup> videantur lucris temporalibus inhiare.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum<sup>o</sup>, kalendas aprilis, pontificatus nostri<sup>ii</sup> anno nono.

---

NOTAS

<sup>1</sup>MANSILLA: falta desde Innocencius hasta benedictionem.

<sup>2</sup>ID.: moliuntur.

<sup>3</sup>ID.: postularunt.

<sup>4</sup>ID.: ignotam.

<sup>5</sup>ID.: vota.

<sup>6</sup>ID.: persolverint.

<sup>7</sup>ID.: solvere sunt.

<sup>8</sup>ID.: mensuras distinguitur.

<sup>9</sup>ID.: nimium.

<sup>10</sup>ID.: X.

<sup>11</sup>ID.: falta pontificatus nostri.

Alfonso IX acota el monasterio de San Miguel de  
Couselo.

Fols. 54 v.-55 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 207.

In Dei nomine. Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et  
Gallecie, per hoc scriptum perpetuo duraturum notum facio,  
presentibus et futuris, quod incauto monasterium Sancti  
Michaelis de Couselo per suos terminos et divisiones  
ubicumque potuerint inveniri. Hoc autem facio pro remedio  
anime mee et animarum patris meis et avorum meorum, et quia  
de orationibus et obsequiis que in predicto monasterio Deo  
iugiter exhibentur eo largiente partem desidero promereri.

Si quis igitur tam de genere meo quam de extraneo contra  
hoc factum meum venire presumperit et hanc cartam meam  
infringere modo aliquo attemptaverit, iram Dei habeat et  
regiam indignationem incurrat, et pro ausu temerario regie  
parti in penam mille morabetinos pectare cogatur, carta in  
suo robore permanente.

Et ego rex dominus Alfonsus han cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

Facta carti apud Sanctum Iacobum, IIII<sup>o</sup> nonas madii, era  
Ma CC XLIIIIa. Regnante rege domno Adefonso in Legione,  
Gallecia, Asturiis et Extrematura.

Gonzalvo Nunez tenente Montem Rosum et L. - Gonzalvo

Iohannis, tenente Limiam.- Nuno Nunez, tenente Toronium.-  
Rudrico, Lucensi episcopo.- Pelasio, Minduniensi episcopo.-  
Adefonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.  
Fernando, Compostellano decano, domini regis cancellario.

96

1207, febrero, 8. Santiago.

Constitución capitular sobre los estudios.

Fols. 143 v.-144 r. Incluye otra constitución similar de  
1169, julio, 30.

Sub Christi nomine. Quoniam thesaurus incomparabilis est  
sentencia utpote que mentes informat, illustrat corpora et  
habentibus eam est gloria inestimabilis atque appetentibus  
eam emulacio laudabilis, ut ad ipsam perveniatur est summo  
opere providendi, sicut enim qui in tenebris ambulat nescit  
quo vadat et in athonus ducuit offendiculum sic qui  
ignorantie obnubilatur caligine laqueo irrecitur de facili  
et in foveam incidit, quam non precavit. Quantum autem  
decoris afferat ecclesiis Dei et illis precipue que precipuo  
sunt honore predicte lictante prerrogativa et scienciarum  
excellencia nemo est, sic ignarus ut nesciat nemo sic  
nescius ut ignoret. Considerantes igitur hec omnia nos

ecclesie Compostellane canonici accendimus etiam quod cum per superabundanciam impediatur studium multo magis per inopiam retardatur. deficientibus enim necessariis indigentis animus aliis postpositis meditationibus vagatur per devia et excogitare non cessat. Unde sibi in crastinum et deinceps sustentationem valeat, invenit nos ergo neccesitatem hanc penitus amputare cupientes pluim patrum nostrorum et tam laudandum, quam mutandum seuti sumus exemplum quibus cum consensu et auctoritate clementissimi pastoris domini Petri, archiepiscopi secundi, de provisione scolarium ecclesie et collegii nostri huiusmodi constitucione benigne ac liberaliter emanavit (Incluye constitución de 1169, julio, 30)

Sed nos quoque quod tam rationabiliter factum est inconcusse confirmando et quod faciendum visum est supplendo misericorditer et ampliando consedente in sollempni capitulo et concedente reverentissimo pastore nostro domino Petro, electo, concorditer et immutabiliter statuimus hac presentis page, firmamus testimonio quod canonici et porcionarii de collegio nostri qui in scolarum gignasio desudaverint illi videjicet tamem modo qui nostri stiterint mansionarii et ad studium cum licencia capituli profacti fuerint, tam denariorum quam ut dictum est de altaris beati Iacobi redditibus provenientes ad stipendia cotidiani victus assignati sunt, quam panis quoque et vini, ac si in ecclesie cotidie presencialiter deservirent suam se sine diminuzione sicut alii fratres percipere gaudeant portionem, servata

semper in omnibus tam pro eis quam contra eos forma et  
cautela superius comprehensa ac etiam adiecta condicione  
quod si quis forte eorum a domino archiepiscopo vel a  
capitulo quocumque tam revocatus absque mora redire  
neglexerit huius munificentie liberalitas ei sine dilatione  
subtrahatur ut et ille parere discat admonitus et alii  
consimilis in obediencie vicium incurrere pertimescant.  
tanto autem beneficium hoc libencius est et hylarius  
conferendum quanto perennis perceptionem non extollentur  
mediocres pauperum corda ad capiendam doctrinam  
dilatubuntur, letabitur ac laudabitur mater nostra ecclesia  
Compostellana in filiis sapientibus et laudatio eius manebit  
in seculum seculi. Quia tamdiu per Dei gratiam est hec  
nostra sancio permanstra.

Factum est hoc Compostelle, in palacio domini  
archiepiscopi, VI<sup>o</sup> idus februarii, sub era M<sup>A</sup> CCC<sup>o</sup> XL<sup>a</sup> V<sup>a</sup>.

Ego Petrus quartus, Compostellanus electus, cf.- Ego  
Fernandus, Compostellanus decanus, cf.- Ego Iohannes  
Cresconii, Compostellanus archidiaconus, cf.- Ego Pelagius  
Petri, canonicus, cf.- Ego Iohannes Pelaez, Compostellanus  
archidiaconus, cf.- Ego Martinus Iohannis, magister  
scollarum, cf.- Ego Guillelmus, cardinalis, cf.- Ego Petrus  
Eugeni, diaconus, canonicus, cf.- Ego Petrus Arie,  
cardinalis, cf.- Ego Petrus Martiniz, cardinalis, cf.- Ego  
Ebraldus Iohannis, canonicus, cf.

Hoc est translatum quod ego Laurencius Petri, notarius  
iuratus Compostellanus, cum consocio meo Gundisalvo

Iohannis, notario eiusdem, ad hoc vocati fideliter fieri fecimus de verbo ad verbum, nichil addito vel remoto, de quodam libro in quo predicta omnia continebatur, que capitulum Compostellanum per pulsacionem campane celebratum in loco consuetudo vestie moris, asserbant esse constitutionem editam per capitulum Compostellanum, et nos notarii supradicti, ex mandato ipsi capituli, ista omnia extrahi fecimus de verbo ad verbum ut in ipso libro continebatur et suscribimus et confirmamus et signa nostra atque nomina assueta apposuimus in testimonium veritatis. Feria tercia, sexta die decembris, era M<sup>a</sup> CCC<sup>a</sup> /XXX<sup>a</sup>/ VIII<sup>a</sup>. Presentibus: Petro Pelagii Baiuga, porcionario Compostellano; Pedro Peleaz, clericu; Alfonso Iohannis, canonici Compostellani; Aria Petri, scolare; Fernando Laurencii, scriptore.

Hoc est translatum quod ego Gundisalvus Iohannis, publicus notarius concilii Compostellani, cum consoncio meo Laurencio Petri, notario supradicto, ad hoc vocati, fideliter fieri fecimus de verbo ad verbum, nichil addito nichilque remoto, de quodam libro in quo omnia predicta continebantur, que capitulum Compostellanum per pulsationem campane celebratum in loco consueto ut est moris, asserbant esse constitutionem editam per capitulum Compostelianum, et nos notarii supradicti, ex mandato dicti capituli, ista omnia extrahi fecimus de verbo ad verbum ut in predicto libro continebatur et suscribimus et signa nostra atque nomina assueta apposuimus in testimonium veritatis. Feria

IIIæ. VIæ /die/ december. era Ma CCæ XXX Villa. Presentibus:  
Petro Pelagii Baluga, porcionario Compostellano; Petro  
Pelagii, clericus; Alfonso Iohannes, canonici Compostellani;  
Aria Petri, scolarus et Fernando Laurencii, scriptore.

97

1208, enero, 3. Salamanca

Alfonso IX exime de tributación a los vasallos que  
la Iglesia de Santiago tiene entre el Esla y  
Transerra.

Fols. 52 r.-v. y 54 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 220.

CT. LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 51.- GONZALEZ: Alfonso IX.  
I, pág. 124.

In Dei nomine. Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et  
Gallecie, per hoc scriptum notum facio universis quod libero  
et excuso vobis archiepiscopo domine Petre, universos homines  
vestros quos habetis a fluvio Esla usque ad Transerram de  
pecto, de fossadaria, petito et de exactione bestiarum ad  
calcem vel ad aliud rebus, et etiam de tota alia

fazendaria, sic quod in tota vita vestra nullam faciant  
vestri homines fazendariam nisi vobis, et nulli servire  
cogantur nisi vobis et vestro mandato. Hoc autem vobis facio  
pro bono et grato servicio quod mihi sepe fecistis et  
facitis et quia quicquid vobis in huiusmodi dimitto vel  
relaxo in meum semper et regni mei redundat comodum et  
honore.

Si quis igitur contra hoc meum factum venire voluerit et  
hanc cartam in aliquo vel cessare vel violare modo aliquo  
attemptaverit, iram Dei et maledictionem habeat, et quicquid  
invaserit duplet, et pro ausu temerario parti regie et  
vestre mille morabetinos in penam persolvat.

Facta karta apud Salamancam, III nonas Ianuarii, era Ma  
CCa XL VIa.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo.'

(Signo no rodado).

(1a col.) Petro, Astoricensis episcopo.- Iohanne,  
Ovetensi episcopo.- Mertino, Zemorensi episcopo.- Ruderico,  
Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.- Suerio.  
Tudensi episcopo.- Gundisalvo, Salamantino episcopo.-  
Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(2a col.) Comite Gomez, vasallo regis.- Comite Fernando,  
vasallo regis.- Gundisalvo Nuniz, vasallo regis.- Ruderico  
Gundisalvi, regis signifero.- Ruderico Petri, tenente  
Legionem et Asturias.- Nuno Froile, tenente Extrematuram.-  
Petrus Petri, domini regis notarius, fecit scribi.

NOTAS

\* Falta la roboración en 52 r.-v.

\* ID.: falta Pelagio, Mindunienae episcopo.

\* ID.: falta Suerio, Tudensi episcopo

98

1208, febrero. León.

Alfonso IX da a la catedral de Santiago varias  
aranzadas de viña en Valdejipe, en Toro.

Fols. 24 v.-25 r. y 44v.-45 r.

ED.: Alfonso IX, II, nº 224, y añade otra copia inexistente  
en fol. 64 v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 51.- GONZALEZ: Alfonso  
IX, I, págs. 125 (con folio quivocado), 391 y 563.-  
LACARRA: Peregrinaciones, pag. 342.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Inter cetera

que regiam decent maiestatem primum et precipuum est  
cathedrales regni sui ecclesias diligere. tueri ac  
venerari, necnon de possessionibus suis eas copiose ditare  
ut terrena largiendo celestia valeat adipisci. Eapropter  
ego Adefonsus. Dei gratia rex Legionis et Gallecie. Per hoc  
scriptum semper duraturum notum facio tam presentibus quam  
futuris quod do et hereditario iure concedo Deo et ecclesie  
beati Iacobi et vobis domino Petro. eiusdem loci reverendo  
archiepiscopo. et vestris successoribus in perpetuum.  
viginti aranzadas de vineis meis et quinquaginta de terreno  
ubi plantetis vineas inter Adalidam et Adalidam. in termino  
de Tauro. videlicet in valle que a quibusdam nominatur  
valiis de Lupa ut illes habeatis vos et successores vestri  
et quiete possideatis sicut illud quod melius habetis et  
liberius possidetis. Hoc autem vobis facio ob remedium anime  
mee et animarum patris mei et avorum meorum. et pro bono et  
grato servicio quod mihi sepe fecistis et facturus estis.  
et quia de orationibus que in predicta ecclesia Deo iugiter  
exhibitentur eo largiente partem desidero promereri.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo contra  
hoc factum meum venire voluerit et hanc donationem meam modo  
aliquo revocare presumpserit. iram Dei habeat et regiam  
indignationem incurrat. et ei quid invaserit in duplum  
componat. et pro ausu temerario regie voci in penam mille  
morabetinos persolvat.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

Facta karta apud Legionem, mense februario, era M<sup>o</sup> CCC  
XLVI<sup>a</sup>. Regnante rege domno Adefonso in Legione, Gallecia,  
Asturiis et Extrematura.

(1<sup>a</sup> col.) Petro Illigo<sup>o</sup>, Compostellano archiepiscopo.-  
Iohanne, Ovetensi episcopo<sup>o</sup>.- Petro, Astoricensi episcopo.-  
Martino, Cemorensi episcopo<sup>o</sup>.- Gundisalvo, Salamantino  
episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo,  
Cauriensi episcopo.

(Signo rodado)<sup>1</sup>

(2<sup>a</sup> col.) Nuno Froile<sup>o</sup>, tenente Extrematuram.- Domno  
Roderico<sup>o</sup> Petri, tenente Gamoram<sup>o</sup>.- Fernando Gunzalvi<sup>o</sup>,  
tenente Taurum, Maioricam et Vilarpandum.- Domno Roderico  
Gundisalvi<sup>o</sup>, regis signifero.- Pelagio Martini, regis  
meirino<sup>o</sup> existente.

Fernando, decano Compostellano, regis cancellario  
existente<sup>o</sup>. Gunçalus scripsit.<sup>o</sup>

---

NOTAS

<sup>1</sup> GONZALEZ: falta tueri.

<sup>2</sup> Fol. 24: falta nenci.

<sup>3</sup> ID.: et.

<sup>4</sup> En fol 44 por error hereditare.

<sup>5</sup> ID.: imperpetuum.

<sup>6</sup> ID. y GONZALEZ: arançadas.

<sup>7</sup>ID., ID.: michi.

<sup>8</sup>ID., ID.: carta.

<sup>9</sup>ID., ID.: falta in.

<sup>10</sup>ID., ID.: quarto.

<sup>11</sup>ID., ID.: falta Iohanne, Ovetensi episcopo.

<sup>12</sup>Fol. 24: Zemorensi.- GONZALEZ: Semorensi.

<sup>13</sup>Signum Adefonsi regis Legionis. (falta en fol. 24 y  
GONZALEZ).

<sup>14</sup>Fol. 24 y GONZALEZ: Froyle.

<sup>15</sup>ID., ID.: Domino Ruderico.

<sup>16</sup>ID., ID.: Cemoram.

<sup>17</sup>ID., ID.: Gunçalvi.

<sup>18</sup>ID., ID.: Ruderico Gunçalvi.

<sup>19</sup>ID., ID.: meyrino.

<sup>20</sup>ID., ID.: Compostellano decano, regis chancellario.

<sup>21</sup>Tomado el escriba de fol. 24 v.-25 r.

1208, marzo, 1. Mayorga.

Alfonso IX da facultad al arzobispo de Santiago  
para que pueble un huerto cerca de Leon.

ED. GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 226.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 51.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, pág. 260.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quia regis catholici interest cathedrales regni sui ecclesias diligere, tueri ac venerari necnon de affluenciis suis eas copiose ditare, ut terrena largiendo celestia valeat promereret. Idcirco ego Adefonsus, Dei gracia rex Legionis et Gallicie, per hoc scriptum semper duraturum notum facio tam presentibus quam futuris quod concedo Deo et ecclesie beati Iacobi et vobis domino Petro, eiusdem ecclesie reverendo archiepiscopo, ut populetis ortum vestrum qui est iuxta murum exterius de Legione et protenditur astrata que exit a postico iuxta turres maiores usque ad Quintanellam. Concedo etiam ut homines qui ibi venerint populare faciant vobis et vestris successoribus imperpetuum totum forum, excepta medietate petiti quam michi volo retinere, et quod ducant aquam de meo stagno sive vivario ad ortos suos irrigandos. Hoc autem vobis facio ob remedium anime mee et animarum patris mei et avorum meorum et quia de obsequiis et orationibus que in predicta ecclesia Deo iugiter exhibentur eo largiente partem desidero promereret, et pro bono et grato servicio quod michi sepe fecistis et facturus estis.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo contra hoc factum meum venire voluerit et hanc donacionem meam modo

aliquo revocare attentaverit" iram Dei habeat et regiam indignacionem incurrat et si quid invaserit in duplum componat, et pro ausu temerario regie voci in penam mille morabetinos pectare cogatur, carta nichilominus in suo robore permanente.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et sigillo meo communio.

Regnante rege donno Adefonso in Legione, Gallecia, Asturiis et Extrematura.

Facta carta apud Maioricam, kalendis marcii, era Ma CCa XLVIA.

(1<sup>a</sup> col.) Petro I<sup>mo</sup> Compostellano archiepiscopo.- Iohanne. Ovetensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo.- Martino, Cemorensi episcopo.- Gu[n]zalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(2<sup>a</sup> col.) Comite Fernando, regis vasallo existente.- Domno Ruderico Petri, tenente Asturias et Legionem.- Donno Nuno Froyle, tenente Extrematuram.- Donno Fernando Gonçalvi, tenente Taurum, Maioricam et Vilarpandum.- Pellagio Martini, regis meyrino existente.

Fernando, Compostellano decano, regis cancellario existente. Gonzalus scripsit.

\*Repetido largiente y borrado por expuntación.

100

1208, junio, 1. Santiago.

Alfonso IX concede a la catedral de Santiago cien  
marcos anuales en el portazgo de La Coruña, todas las  
iglesias y diez sueldos en esta población, como  
recompensa de las perdidas sufridas al repoblarla.

Fols. 65 r.-66 r. 95 r.- 96 r. y 140 v.-141 v.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. VIII, seún Tumbo A.-  
GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 231.

REG.: VAZQUEZ MARTINEZ: Fuentes III, pág. 39.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 51-52.- PORTELA PAZOS:  
Anotaciones, pag. 66.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs.  
125-126 y 245-246.

(Christus)<sup>2</sup>. In nomine Domini nostri Ihesu Christi.  
Inter cetera que regiam exhortant potentiam primum est ac  
precipuum cathedrales regni sui ecclesias diligere ac

venerrari. defensare atque tueri, ut<sup>m</sup> eas indemnes per  
omnia conservando eterna mereatur<sup>m</sup> premia adipisci. Idcirco<sup>m</sup>  
ego Adefonsus. Dei gratia rex Legionis<sup>m</sup> et Gallecie, per hoc  
scriptum semper duraturum notum fieri volo presentibus et  
futuris quod ecclesia Sancti Iacobo a temporibus avi mei  
donni<sup>m</sup> Ade<sup>m</sup>onsi, illustris imperatoris Hyspanie<sup>m</sup>, habuit  
medietatem burgi veteris de Faro<sup>m</sup> et medietatem portatici  
et omnium reddituum a que<sup>m</sup> proventuum eiusdem burgi. et  
hec<sup>m</sup> hactenus quiete habuit et possedit. Quia vero pro  
utilitate regni meo novam construo populationem in loco qui  
dicitur Crunia. apud turrim de Faro. et propter hoc  
ecclesia Sancti Iacobi predicti burgi omnes amittit  
redditus<sup>m</sup>. volo tamen ipsam ecclesiam indempiem<sup>m</sup>  
conservare et in recompensationem et concambium ipsorum  
redituum quos ibi amittit assigno<sup>m</sup> ei in portatico ipsius  
populationis de Crunia centum marchas singulis annis per  
hominem archiepiscopi Sancti Iacobi de primis redditibus  
iamdicti portatici percipiendas<sup>m</sup>. Do etiam et concedo  
ecclesie Sancti Iacobi in predicta recompensatione et  
concambio omnes ecclesias eiusdem populationis. tam  
presentes quam futuras. quia nulla<sup>m</sup> erat ecclesia in burgo  
veteri de Faro que non esset ab integro ecclesie beati  
Iacobi. Do etiam predicto modo ecclesie Sancti<sup>m</sup> Iacobi  
dezem<sup>m</sup> solos in prefata populatione in quibus commorantes  
sint vasali<sup>m</sup> archiepiscopi et<sup>m</sup> Sancti Iacobi et ab omni  
fisco regio<sup>m</sup> liberati et excusati. Notum etiam sit quod.  
sicut hereditas<sup>m</sup> ipsius burgi veteris de Faro usque modo

fuit ecclesie beati Iacobi, ita de cetero sua remaneat<sup>24</sup> libera in perpetuum et quieta. Et si aliquo tempore evenerit quod<sup>25</sup> ipsa populatio destruatur vel ad presens non fiat<sup>26</sup>, habeat ecclesia Sancti Iacobi portaticum et omnes redditus et ecclesias omnes in ipso burgo veteri de Faro, sicut antiquitus et usque modo habere consuevit<sup>27</sup>.

Si quis igitur tam de genere meo<sup>28</sup> quam de extraneo hoc concambium irritare vel revocare modo aliquo attemptaverit<sup>29</sup>, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat, et si quid invaserit<sup>30</sup> in duplum componat, et pro temerario ausu regie parti et ecclesie Sancti Iacobi mille marchas argenti pectet, carta semper in suo robo<sup>31</sup> permanente, et tandem cum luda, Domini traditore, et cum Datam et Abiron, quos vivos terra absorbut, penat<sup>32</sup> (sic) luat in inferno<sup>33</sup>.

Facta carta<sup>34</sup> apud Sanctum Iacobum, kalendis iunii, era Ma CC<sup>35</sup> XLVI. Regnante rege Adefonso Legione, Gallecia, Asturiis<sup>36</sup> et Extrematura.

Ego rex<sup>37</sup> dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi<sup>38</sup> roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Petro lilio, Compostellano archiepiscopo.- Ecclesia Legionensi vacante.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.- Martino, Zemorensi episcopo.- Gundisalvo, Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado)\*\*.

(2a col.) Comite<sup>m</sup> Gomecio, regis vasallo existente.-

Comite Fernando, regis vasallo existente.-- Roderico  
Gundisalvi, tenente Trastamarem, Montem Nigrum et Sarriam.-  
Roderico Petri, tenente Legionem, Zemoram et Asturias.-  
Fernando Fernandi, tenente Extrematuram et Transerram.-  
Fernando Gundisalvi, tenente Taurum et Majoricam - Roderico  
Fernandi, tenente Beneventum et<sup>m</sup> Lagunam et Pontem  
Ferratum.- Gundisalvo Iohannis, tenente Limiam.- Roderico  
Fernandi, tenente Trives et Caldelas.- Iohanne Gundisalvi,  
tenente Toronium.- Fernando Guterri, tenente Lemos.-  
Roderico Ordonii.- Garsia Gunzalviz et Aria Felagii,  
presentibus.

Petrus Petri, canonicus Sancti Iacobi, domini regis<sup>ro</sup>  
notarius, scripsit<sup>\*\*</sup>, Fernando, Compostellano decano, domini  
regis chancellario existente<sup>\*\*</sup>.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otras copias en SANTIAGO, A.C., carpeta 2/6 y Tumbo A, fol.  
63 r.

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO y fol. 95 v.: falta crismón.

<sup>3</sup>LOPEZ FERREIRO: Domini Ihu. xpisti.- Fol. 95 v. añade amen.

<sup>4</sup>GONZALEZ y fol. 40 v. falta ut.

<sup>5</sup>Fol. 140 v.: marentur.

"Fol. 95 v.: falta desde inter hasta ldecirco.

"LOPEZ FERREIRO: Legionensis.- Fol. 140 v.: Legione.

"GONZALEZ y fol. 95 v.: domni.- LOPEZ FERREIRO: domini.

"GONZALEZ y fol. 140 v.: Hispanie.

"LOPEZ FERREIRO: falta de Faro.

"ID.: reddituum ac.

"ID.: hoc.

"GONZALEZ y fols. 95 v. y 140 v.: reditus.

"LOPEZ FERREIRO: indemnum.

"ID.: adsigno.

"GONZALEZ y fol. 140 v.: percipientes.

"Fol. 140 v.: falta nulla.

"LOPEZ FERREIRO: beati.

"GONZALEZ, fols. 95 v. y 140 v.: decem.

"GONZALEZ y fol 95 v.: vassalli.

"ID., ID. y 140 v.: falta et.

"LOPEZ FERREIRO: regis.

"Fol. 140 v.: hereditatis.

"GONZALEZ y fol. 140 v.: permaneat.

"Fol. 140 v.: ad ipsa.

"ID.: fiant.

"Fol. 95 v.: falta desde et si hasta consuevit.

"ID.: meo genere.

"GONZALEZ y fol. 140 v.: temptaverit.

"Fol. 95 v.: manserit.

"GONZALEZ, y fols. 95 v. y 140 v.: venas

"LOPEZ FERREIRO: falta desde igitur hasta inferno.

\*\*Fol. 95 v.: karta.

\*\*LOPEZ FERREIRO: Asturia.

\*\*ID.: falta rex.

\*\*Fol. 140 v.: iussu.

\*\*Signum Adefonsi regis Legionis.

\*\*GONZALEZ y fol. 140 v.: comes.

\*\*ID., ID., y fol 95 v.: falta et.

\*\*LOPEZ FERREIRO y GONZA' EZ: falta domini regis.

\*\*Fol. 95 v.: falta desde Petrus hasta scripsit.

\*\*Fol. 140 v.: falta desde Petrus hasta existente. Fol. 95  
v.: añade Gudisalvus scripsit.

101

1209, febrero. Santiago.

Alfonso IX concede a la catedral de Santiago  
Villagroy, en compensacion por los daños derivados de  
la repoblación de Castroventosa.

Fol. 113 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 241.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 53.- LACAPRA:

Peregrinaciones, II, pág. 209.- GONZALEZ: Alfonso IX, I,

págs. 127 y 257.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Notum fieri  
volo tam presentibus quam futuris, ego Adefonsus, Dei gratia  
rex Legionis et Gallecie, quod do vobis, archiepiscopo  
domine Petre quarte, vestrisque successoribus, in perpetuum,  
Villam Groy, iuxta Villam Francam, cum omnibus directuris et  
pertinenciis suis, de beneplacito et consensu concilii  
Castri de Ventosa, qui eandem villam in terminis suis  
assignaveram, pro vineis vestris et terris quas iuxta  
castrum iamdictum hactenus habe/batis, que propter suam  
propinquitatem mihi et supradicto concilio fuerunt accomode  
ad populationis ibi edificia construenda. In  
recompensationem igitur vinearum et terrarum quas usque ad  
proxime preteritum Natalis Domini festum de vestris  
occupavimus, ego, cum consensu concilii et concilium cum  
meo, supradictam villam, cum omnibus directuris suis, vobis  
ac vestris successoribus concedimus imperpetuum iure integro  
possidendam, promittentes firmiter tam ego quam concilium  
quod ceteras vineas vel terras quas in terminis prefate  
populationis habetis vel in futurum habueritis defendamus et  
ad vestrum commodum conservemus, nec permittamus aliquem de  
populatione vel aliunde aliquam in eis vobis iniuriam  
irrogare.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo hoc  
factum meum ausu temerario irrumpere vel diminuere  
attemptaverit, iram Dei habeat et regiam indignationem

incurrat, et si quid invaserit in duplum restituat et regie  
voci mille morabitinos persolvat, carta nichilominus in suc  
robore permanente.

Facta carta apud Sanctum Iacobum, mense februario, era M  
CCa XLVII.

Ego Adefonsus, rex Legionis, han cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1a col.) Petro quarto, Compostellano archiepiscopo.-  
Adefonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.-  
Ruderico, Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.-  
Petro, Astoricensi episcopo.- Ruderico Alvariz, electo  
Legionis.- Iohanne, Ovetensi episcopo.

(Signo rodado)<sup>1</sup>

(2a col.) Martino, Zemorensi episcopo.- Gonzalvo,  
Salamantino episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.-  
Arnaldo, Cauriensi episcopo.- Ruderico Gonzalviz, tenente  
Transtamar, Sarriam et Montem Nigrum.

Ego Iohannes Pelagii, Compostellanus publicus notarius,  
de mandato Petri Petriz, domini regis notarii et canonici  
Auriensis, scripsi.

---

NOTAS

<sup>1</sup> Signum Adefonsi, regis Legionis.

1209, febrero. Santiago.

Alfonso IX da a la iglesia de Santiago los lugares de Toupinos y Bustelino, que le habia dado Arias Peláez.

Fols. 33 v.-34 r. y 107 r.-v.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 240.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen<sup>2</sup>. Notum sit per huius scripti seriem tam presentibus quam futuris quod ego Adefonsus, Dei gratia Legionensis<sup>3</sup> rex, concedo ecclesie Sancti Iacobi et vobis, archiepiscopo domine Petre quarte, vestrisque successoribus, illa loca, scilicet Toupinos et Bustilinum, que vobis Arias Pelagii dedit iure perpetuo<sup>4</sup>, cum omnibus suis pertinenciis et directuris possidenda.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo hoc factum meum ausu temerario irrumpere temptaverit, iram Dei habeat et regiam indignacionem incurrat, et si quid invaserit in duplum restituat<sup>5</sup>, et regie voci mille morabetinos persolvat, carta nichilominus in suo robore permanente.

Facta karta<sup>6</sup> apud Sanctum Iacobum, mense februario, era

Mæ CCæ XLVIIæ.

Ego Adefonsus, rex Legionis, hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Petro Compostellano archiepiscopo, IIII<sup>o</sup>,  
existente.- Alfonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi  
episcopo.

(Signo rodado)<sup>1</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Roderico, Lucensi episcopo.- Pellagio,  
Minduniensi episcopo.- Roderico Gunzalvez, tenente  
Trastamarem, Sarriam et Montem Nigrum.

Ego Iohannes Pelegii, Compostellanus publicus notarius,  
de mandato Petri Petriz, domini regis notarii et canonicus  
Auriensis, scripsi.<sup>2</sup>

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en fol. 64 v.

<sup>2</sup>Fol. 107 v.: falta nostru ihesu Christi, amen.

<sup>3</sup>GONZALEZ: Legionis.

<sup>4</sup>ID: dedit.

<sup>5</sup>Fol. 107 v.: reddat.

<sup>6</sup>GONZALEZ: karta.

<sup>7</sup>Fol. 107 r.: quarto.

<sup>8</sup>Signum Adefonsi, regis Legionis.

<sup>9</sup>Cancilleria tomada de fol. 107 v.

1209, febrero. Santiago.

Alfonso IX concede a la catedral de Santiago la mitad de los tributos de Castro Ventosa, tres iglesias y otros beneficios, en recompensa de los perjuicios redivados de su repoblación.

Fols. 46 r.-v. y 47 v.-48 r.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 239.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs 52-53.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, pág. 257.- VONES: Die 'Historia', pag. 504.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Ad bonum et catholicum pertinet regem ecclesiarum possessiones et iura non diminuere sed augere. adacta promovere, in melius et in bono statu integra conservare. Quo debito, cum ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie. omnibus me teneri regni mei ecclesiis recognoscant, pre omnibus tamen et supra omnes ecclesie beati Iacobi. ad id fortius indubitanter confiteor me astringi. cum eius obsequiis<sup>2</sup> indesinenter in meis utar necessitatibus et contra

multiplies inimicorum insidias regnum meum gloriosissimi apostoli patrocinio protegatur. Cum igitur in populatione mea quam facio in Beriz, in Castro de Ventosa, ecclesia beati Iacobi non modicam incurrat iacturam de villa sua de Cacavellis, cuius incole ad eandem confluunt populationem, dampnum<sup>1</sup> susceptum ei taliter recompenso. In primis do eidem ecclesie vobisque, archiepiscopo domine Petre quarte, ac vestris successoribus, in perpetuum medietatem<sup>2</sup> ipsius ville integrum, scilicet tam de petito quam de fossadaria, que in pecunia fuerit data, quam de voce vel calumpnia, quam de portatico si ibi positum fuerit, necnon et de omni alio lucro quod de eadem provenerit villa preter collectam meam et monetam. Et sicut meam meus, ita vestram medietatem integre ac libere vester recipiat maiordomus; et concilium ipsius castri promittat vobis fideliter quod iura vestra maiordomo vestro fideliter persolvat ac vobis ius vestrum per omnia integre conservabit. Do etiam supradicte ecclesie beati Iacobi vobisque, archiepiscope domini Petre, vestrisque successoribus tres ecclesias cum suis parrochiis in eadem villa in eiusdem ecclesie ac vestro successorumque vestrorum dominio iure integro in perpetuum permansuras. Concedo etiam ut de ipsa villa vestra de Cacavellis strata publica nunquam mutetur liceatque ministris vestris aliisque ibidem manentibus vinum et panem tam vestrum quam suum ibi vendere, mercaturasque seu alia officia sicut hactenus exercere, nisi quod peregrinos apud se pernoctare vel recovas de Campis venientes ibi descendere non permitant. Et

quicunque ad eandam<sup>m</sup> (sic) villam undecumque venerint  
moraturi preter eos qui modo inde ad Castrum se transferunt,  
liceat eis ibidem vivere secundum forum et consuetudines ibi  
a pristinis habitatoribus observatas. preter quam in illis  
duobus que superius sunt excepta. Adicio etiam quod  
habitatores castri quicunque in terminis ecclesie de  
Cacavellis hereditates suas laboraverint relinquant eidem  
ecclesie medietatem integrum decimorum, reliquam ad  
ecclesias sub quibus degerint allaturi nisi vestrarum sint  
ecclesiarum parrochiani. qui si in predictis' laboraverint  
terminis totas eidem ecclesie decimas integre derelinquant.  
Preterea, quicunque in Cacavellis domum habuerit vel  
hereditatem faciat vobis integre forum vestrum, et si facere  
recusaverit tollat dominum suam et relinquat solum vobis<sup>ea</sup>  
liberum et hereditatem et liceat vobis dare alicui alii qui  
faciat vobis forum vestrum. Et quicquid ego vobis do, debeo  
defendere vobis et ecclesie vestre ad omni contrarietate.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo hoc  
factum meum ausu temerario irrumpere vel diminuere  
attemptaverit, iram Dei habeat et regiam indignationem  
incurrat. et si quid invaserit in duplum restituat et regie  
voci mille morabetinos persolvat. carta nichilominus in suo  
robore permanente.

Facta carta apud Sanctum Iacobum, mense februario, era Ma  
CC<sup>a</sup> XLVII<sup>a</sup>.

Ego Adefonsus, rex Legionis, hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Petro quarto. Compostellano archiepiscopo.-  
Adefonsc. Auriensi episcopo.- Suerio. Tudensi episcopo.-  
Ruderico. Licensi episcopo.- Pelagio. Minduniensi episcopo.-  
Petro. Astoricensi episcopo.- Ruderico Alvariz. electo  
Legionensi.

(Signo rodado)".

(2<sup>a</sup> col.) Iohanne. Ovetensi episcopo.- Martino. Zemorensi  
episcopo.- Gunzalvo. Salamantino episcopo.- Martino.  
Civitatensi episcopo.- Arnaldo. Cauriensi episcopo.-  
Roderico Gonzalviz. tenente Trastamar. Sarriam et Montem  
Nigrum.

Ego Iohannes Pelagii. Compostellanus publicus notarius.  
de mandato Petri Petriz. domini regis notarii et canonici  
Auriensis. scripsi".

-----  
NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbo A, fols. 63 v.-64 r.

<sup>2</sup>GONZALEZ: obsequio.

<sup>3</sup>Fol. 47 v.: etiam.

<sup>4</sup>ID.: dapnum.

<sup>5</sup>GONZALEZ: medietatem reddituum.

<sup>6</sup>ID.: eandem.

<sup>7</sup>Fol. 47 v.: in dictis.

<sup>8</sup>ID.: vobis solum.

\*Signum Alfonsi, regis Legionis.

\*Fol. 47 v.: falta cancelleria.

104

1209, abril, 20. Salamanca.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago el castillo  
de San Jorge y Quintanilla.

Fols. 51 v.-52 r y 63 r.-v.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 247.

CT.: RISCO: E.S., XXXV, pag. 239.- LOPEZ FERERIRO: H.C., V,  
pag. 53.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 127-128.

(Christus). In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen.  
Notum sit per hoc scriptum tam presentibus quam futuris quod  
ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, do Deo  
et beato Iacobo, patrono meo, et vobis domino Petro Munionis,  
Compostellano archiepiscopo, vestrisque successoribus, in  
concambiū castelli de Atalaya quod dedi Ordini Militie  
Sancti Iacobi, de inquam castellum de San Iurgio in  
Trastamarem, cum tota terra sua quam maiorem ab antiquo  
habuit, videlicet cum Carnota, Entines, Ialles, Barcalā,

Avania et de Celtigos, quantum magis antiquitus habuit, et cum omnibus aliis terminis et directuris per terminos et divisiones antiquas sicut umquam melius habuit ubicumque potuerint inveniri. Addo etiam in isto concambio, per voluntatem et consensum magistri et capituli Militie Sancti Iacobi, totam hereditatem de Quintanella, que iacet inter Venieacias et Sanctum Martinum de Turribus, cum omnibus directuris suis et pertinenciis, tam in terris quam in fluviosis, ubicumque potuerint inveniri. Hec supradicta do in predicto concambio Deo et beato Iacobo et vobis domino Petro, archiepiscopo, vestrisque successoribus, iure hereditario in perpetuum possidenda.

Si quis igitur tam de genere meo quam de alio hoc concambium tam a me quam a vobis, domine Petre, Compostellane archiepiscopo, sponte factum irritare vel revocare modo aliquo attemptaverit, iram Dei omnipotentis incurrat, et quod de concambio invaserit in quadruplum restituat et parti alteri decem milia aureorum reddere teneatur, carta nichilominus in concambio et robore permanente.

Facta carta apud Salamancam, XII kalendas madii, era Ma  
CCA XLVII<sup>a</sup>. Regnante rege domno Adefonso Legione, Gallicia,  
Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Predicto Petro, Compostellano archiepiscopo.-  
Iohanne, Ovetensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo.-

Ruderico, Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.-  
Afonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.-  
Martino, Cemorensi episcopo.- Gundisalvo, Salamantino  
episcopo.- Martino, Civitatensi episcopo.- Arnaldo,  
Cauriensi episcopo.- Ruderico Alvari, electo Legionensi.

(Signo rodado)\*.

(2a col.) Ruderico Gonzalvi, regis signifero, tenente  
Transtamarem, Sarriam et Montem Nigrum.- Ruderico Petri de  
Villalobos, tenente Legionem, Asturias et Cemoram, Rodam et  
Villam Fafilem et Castrum [Novum].- Ruderico Fernandi,  
tenente Beneventum et Pontem Ferratum.- Ruderico Aprilis,  
tenente Mansellam.- Ordonio Alvari, tenente Sierium et  
Casum.- Fernando Gonzalvi, tenente Taurum et Villarpandum.-  
Fernando Petri, tenente Astoricam.- Ruderico Fernandi,  
tenente Trives et Caldelas.- Garsia Ruderici, tenente  
Senabriam.- Fernando Fernandi, tenente Extrematuram et  
Trasserram.

Petrus Petri, canonicus Sancti Iacobi, domini regis  
notarius, scripsit\*, Fernando, Compostellano decano,  
existente cancellario.

---

NOTAS

\*Otras copias en Tumbo A, fol. 63 r.-v. y MADRID, B.A.H.,  
Colección Jovellanos, IV, fol. 240.

\*GONZALEZ: et per.

\*Fol. 63 r.: attentaverit.

\*GONZALEZ: Petro predicto.

\*Signum Adefonsi. regis Legionis.

\*GONZALEZ y Fol. 63 r.: falta Castrum.

\*Domini regis notarius. scripsit. tomado de fol. 63 r.-v.

105

1209. mayo. 4. Leon. San Marcos.

El maestre de la Orden de Santiago Fernan González  
da a la Iglesia de Santiago la villa de Quintanilla.

Fols. 60 v.-61 r.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag 53.- GONZALEZ: Alfonso IX.

91, págs. 127-128.

(Christus.) In nomine Domini nostri Ihesu Christi. Notum  
sit tam presentibus quam futuris quod ego dominus Fernandus  
Gondisalvi, magister Militie Sancti Iacobi, una cum toto  
capitulo eiusdem ordinis, concedimus vobis domino Petro,  
Compostellano archiepiscopo et ecclesie vestre illam  
hereditatem nostram de Quintanella in perpetuum iure  
hereditario possidendam, qui inquam hereditas est inter  
Venicias et Sanctum Martinum de Turribus, quam dominus  
Adefonsus. rex Legionis, vobis et ecclesie vestre dedit in

concambium castelli vestri de Atalaia, quod nobis et ordini nostro dedit ad exaltationem ordinis nostri ad servicium Ihesu Christi.

Si quis igitur ex parte nostra vobis successoribus vestris vel ecclesie vestre predictam hereditatem modo aliquo inquietare attemptaverit, ian. Dei omnipotentis incurrat et si quid invaserit in qd. druplum restituat, et pro temerario ausu vobis vel vocem vestram pulsanti mille morabetinos persolvere teneatur, carta nichilominus in suo robore permanente.

Facta karta apud Sanctum Marchum de Legione, in celebratione capituli predicti ordinis, IIII<sup>o</sup> nonas mensis madii, era Ma CCa XL<sup>a</sup> VII<sup>a</sup>.

Ego Fernandus Gundisalvi, magister Militie Sancti Iacobi,  
cf..- Et totus conventus Militie Sancti Iacobi, cf.

106

1210, agosto, 1. Sobrado.

Alfonso IX concede al arzobispo de Santiago hacer una repoblación en Rañalonga.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, n<sup>o</sup> 263.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX. págs. 133, 247, 561-563.-

RODRIGUEZ FIGUEIREDO: Alfonso IX, pág. 236.

Adefonsus, Dei gratia rex, totis de Gallecia qui istas litteras viderint, salutem. Notum vobis facio per hanc cartam quod ego mando et concedo archiepiscopo Sancti Iacobi quod faciat populationem in Rania Longa<sup>1</sup>, in loco qui dicitur Crunia. Illi<sup>2</sup> autem qui ad ipsam populationem venerint secure veniant et secure ibi morentur.

Et si aliquis eis malum fecerit aut contrarium, iram meam habebit et si quid invaserit duplabit et insuper in cautum mihi et eidem archiepiscopo mille morabetinos pectabit.

Facta karta in Supperaddo, kalendis augusti, era Ma CCa XLVIIIE.

---

NOTAS

<sup>1</sup>GONZALEZ: Rama Longa.

<sup>2</sup>ID.: ille.

107

1211, abril, 21. Santiago.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago, en el dia

de su consagración, el castillo de Traba, empeñado  
hasta que le diese otra heredad y ademas ochocientos  
estopos de trigo en Santa Marina de Orbigo.

Fols.: 207 r.-v.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. IX.- GONZALEZ: Alfonso IX.  
II, nº 271.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs 54-59.-ID: Fueros. I.  
pág. 304 y 3a ed., pág 200.- GONZALEZ: Alfonso IX, págs  
134-135, 292-294, 420, 504 y 508.- RODRIGUEZ FIGUEIREDO:  
Alfonso IX, págs. 227-228.

(Christus).<sup>2</sup> In nomine Domini nostri<sup>3</sup> Ihesu Christi,  
amen. Regie sublimitati nil decentius, nil<sup>4</sup> iustius, nil<sup>5</sup>  
utilius quam ei deservire in omnibus per quem regnat, per  
quem sperat in eterna se beatitudine regnaturum. Hac  
compunctus consideratione, ego Adeffonsus, Dei gratia rex  
Legionis et Gallicie, illustrissimi regis Fernandi filius,  
incliti imperatoris Adeffonsi nepos, longo tempore summo  
desiderio affactavi ut ecclesia beati Iacobi, patroni mei,  
temporibus meis dedicationis gloria decoraretur, cupiens  
aliquid ibi Deo et apostolo eius obsequium exhibere, et  
meorum consequi veniam delictorum. Unde apud archiepiscorum  
eiusdem ecclesie, dominum Petrum quartum, affectuosissimis  
precibus tandiu<sup>6</sup> institi quousque, desiderio meo

satisfaciens, opus tam arduum est aggressus; et, cooperante Domino et ipso gloriosissimo apostolo, in omnibus previo ac suaviter omnia disponente, supra que spem nostram prosperante omnia, preparatis et expeditis omnibus que tanti difficultas operis exigebat, dedicata est nobilissime cum ingenti' et apparatu a predicto archiepiscopo prefata ecclesia coadiuvante pontificum multitudine et immensa clericorum caterva, me ipso cum filio meo infante domno Fernando et regni mei proceribus ministrante ac turbam<sup>a</sup> undique arcente et in quibus opportebat diligens obsequium impendente. Compos (sic) igitur voci mei gaudens in Domino plurimum et exultans de dote requisitus ecclesie secundum quod in libro huius sacri misterii continetur, cum consilio et deliberatione magnatum regni mei, volens et<sup>e</sup> dignitatem archiepiscopalem prout decuit honorare et communitati<sup>o</sup> canonicorum providere, iamdicho archiepiscopo hilari et gratanti animo castellum meum de Trava pignori obligavi, quounque tradam ei terram que bene valeat CC morabetinos singulis annis in redditibus manifestis. Canonicis quoque, ad habendum panem ad cenas, DCCC stopos frumenti ad mensuram hodiernam in Sancta Marina de Ripa de Orvego, in honore Palatii de Turgi libentissime asignavi singulis annis per maiordomum canonicorum integre persolvendos, et sunt ad minus CCCC azemule bene honerate; et quounque supradictum frumentum totum maiordomo canonicorum solutum fuerit<sup>is</sup>, meus nichil percipiat maiordomus, sed, hoc frumento soluto, quod superfuerit meum erit; si hoc solum ibi fuerit et non

amplius, totum sit canonicorum. Vobis itaque, archiepiscopo domne Petre, ac successoribus vestris et communis mense canonicorum supradictas facio donationes ob reverentiam gloriosissimi apostoli, patroni mei, et ut tam predecessores meos quam me ipsum Domino semper in vestris orationibus commendetis, et propter magnam quam in prefata consecratione obtinui meorum indulgentiam delictorum, concedens et firmiter stabiliens ut, tam vos et successores vestri, domine archiepiscope, quam vos, canonice et successores vestri, supradictas oblationes et donationes meis sine omni defectu, prout superius determinatum est, in perpetuum habeatis.

Si quis igitur tam de genere<sup>meo</sup> quam de extraneo hoc factum meum revocare et hanc donationem meam infringere modo aliquo attemptaverit vel cassare, iram Dei et maledictionem<sup>habet</sup> habeat et regiam indignationem incurrat. et quod invaserit in duplum restituat. et pro ausu temerario regie parti et ecclesie Sancti Iacobi decem millia aureorum persolvat, et tandem cum Datam et Abirom, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno, carta nichilominus ista in suo robore permanente.

Ego rex donnus Adefonsus, una cum filio meo infante domno Fernando, hanc cartam quam fieri iussi propriis manibus roboro et confirmo et sigillo meo communio.

Facta carta Compostelle, in die consecrationis ecclesie Sancti Iacobi XI kalendas maii, era Mo CC<sup>a</sup> XLVIII.  
Regnante rege domno Adefonso in Legione, Gallecia, Asturis

et Extrematura.

Vos etiam domine archiepiscope cum canonicis vestris  
promittitis mihi quod facietis. pro anima patris mei et  
avorum meorum et meta unam misam cotidie celebrari.

Presentibus: domino Petri quarto. Compostellano  
archiepiscopo.- Donno Iaefenso. Auriensi episcopo.- Donno  
Roderico. Lucensi episcopo.- Donno Pelagio. Migdonensi  
episcopo.- Donno Suerio. Tudensi episcopo.- Donno Arnaldo.  
Cauriensi episcopo.- Donno Martino. Egitamensi (sic)  
episcopo".- Donno Suerio. Elborensi episcopo.- Donno  
Suerio. Ulixbonensi episcopo.- Donno Pelagio. Lamecensi  
episcopo.- Donno Fernando. filio domini regis.- Donno  
Sancio, germano domini regis, tenente Montem Nigrum et  
Sarriam.- Donno Roderico Petri de Villa Luporum. signifero,  
terente Legionem et Majoricam cum aliis villis de terra  
Legionis et quedam castella in Asturiis.- Donno Gonsalvo  
Nuniz, tenente Trastamar et Limiam et Montem Rosum et  
Lemos.- Donno Fernando<sup>14</sup> Fernandi de Bragancia. tenente  
Extrematuram.- Donno Iohanne Fernandi. domini regis  
vasalo<sup>15</sup>.- Donno Nuno. perticario archiepiscopi.- Roderico  
Ordonii domini regis maiordomo.

---

NOTAS

<sup>14</sup>Otra copia en Tumbo C. 2. fol. 296 r.-v.

\*LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: falta el crismón.

\*ID., ID.: falta nostri.

\*GONZALEZ: falta nil.

\*LOPEZ FERREIRO: falta iustius nil.

\*ID. y GONZALEZ: tamdiu.

\*A final de linea una e.

\*GONZALEZ: turba.

\*ID. y LOPEZ FERREIRO: falta et.

\*ID., ID.: communitatem.

\*ID., ID.: fuerint.

\*ID., ID.: genero.

\*ID., ID.: maledictionem.

\*ID., ID.: Suerio.

\*GONZALEZ: falta Donno Martino, Egitamensi episcopo.

\*LOPEZ FERREIRO: Fernandi.

\*ID. y GONZALEZ: vassallo.

1211, julio, 1. Triacastela.

Alfonso IX dispone que el arzobispo de Santiago  
cobre los doscientos maravedis anuales que había  
prometido, en las cien marcas que tenía en esa  
ciudad, mientras no le asignase una propiedad.

Fol. 59 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 276.

CT.: LCPEZ FERREIRO: Fueros, I, pág. 184. 3<sup>a</sup> edición. pag.

200.- ID.: H.C., V, pag. 59.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, pag.  
136.

Alfonsus, Dei gratia Legionis rex. vobis concilio et  
iusticiis de Sancto Iacobo, salutem. Notum vobis facio per  
hanc cartam quod illos ducentos morabetinos, quos nuper  
obtuli Deo et beato Iacobo ad consecrationem ipsius  
ecclesie, mando archiepiscopo quod recipiat illos in illis  
centum marchis quas habeo in villa vestra singulis annis,  
quousque ego dem illi terram que valeat ducentos  
marabetinos. Et mando vobis firmiter quod respondeatis  
archiepiscopo de istis ducentis morabitinis singulis annis  
et detis illos ei. Unde aliud non faciatis, si me amatis et  
gratiam meam multis habere.

Facta carta in Triacastela, kalendas iulii, era Ma CCa  
XL<sup>a</sup> VIII<sup>a</sup>.

Alfonso IX da a la catedral de Santiago  
trescientos maravedis anuales en las rentas reales de  
La Coruña, con destino al refectorio de los  
canónigos.

Fols. 137 r.-v. y 139 v.-140 r., 219 r.-220 r., en  
confirmación de Fernando III de 1232, febrero, 29.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 280.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs 59-61.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 136-137 y 504.- LACARRA: Peregrinaciones, I, pág. 72.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen. Notum sit  
per hoc scriptum perpetuo valitum universis tam  
prese[n]tibus quam futuris quod ego Aliffonsus, Dei gratia  
Legionensis rex et Gallicie, veniens ad Sanctum Iacobum  
causa peregrinationis, do et offero Deo et beato Iacobo, ad  
opus mense canonicorum iugiter Deo et eidem apostolo ibidem  
perpetuo servientium, trecentos morabitinos, quos eisdem  
habendos in perpetuum assigno in redditibus meis de villa que  
vocatur Crunia, ut eos pacifice et absque ulla  
contradicione semper recipient per singulos<sup>m</sup> tertias anni,  
de quibus videlicet ad opus mense supraditorum<sup>m</sup> canonicorum  
singulis annis panem precipio comparare diebus singulis more  
solito dividendum. Hoc autem facio ob remedium anime mee

necnon parentum omnium et avorum meorum, et quia de bonis et orationibus que in predicta ecclesia Deo et eius apostolo iugiter exhibentur partem desidero promoveri.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo contra hoc meum voluntarium factum, quod absit, venire presumpserit et hanc meam donationis cartam modo aliquo revocare temptaverit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat, et si quid invaserit duplo componat, et insuper mille morabitinos ecclesie prefate coactus exsolvat, carta nichilominus in suo semper robore permanente.

Facta carta apud Sanctum Iacobum, mense novembri, in die Sancti Martini, era Ma CCa XLa IXa.

Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, hanc cartam quam fieri<sup>re</sup> iussi roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1a col.) Petro II<sup>o</sup>, Compostellano archiepiscopo.-  
Alfonso, Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.-  
Roderico, Lucensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo.-  
Iohanne, Ovetensi episcopo.- Roderico, Legionensi episcopo.-  
Martino, Cemorensi episcopo.- Gunsalvo, Salamantino  
episcopo.- Arnaldo, Cauriensi episcopo.- Ecclesia  
Civitatensi vacante.

(Signo rodado)"

(2a col.) Domno Petro Fernandi, regis vassallo existente  
et tenente Legionem, Asturias<sup>z</sup> et Extrematuram.- Domno  
Alvaro Gutierrez, regis maiordomo.- Fernando Fernandi, regis

signifero et teneite Limmam. - Iohanne Fernandi, tenente  
Montem Rosum et Transtamarem. - Roderico Gunsalunz (sic)<sup>1</sup>,  
tenente Sarriam et Montem Nigrum. - Roderico Fernandi,  
tenente Cabreiram et Beneventum. - Donno Nuno Nuniz, perticam  
Sancti Iacobi.

Gunsalvo Pelagii, regis notario existente. Martinus  
Nuniz, subdiaconus, scripsit.<sup>2</sup>

-----  
NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbo A, fol. 65 r.

<sup>2</sup>GONZALEZ: contradictione.

<sup>3</sup>ID.: singulas.

<sup>4</sup>ID.: supradictorum.

<sup>5</sup>ID.: falta fieri.

<sup>6</sup>Signum Adefonsi regis Legionis.

<sup>7</sup>GONZALEZ: falta Asturias.

<sup>8</sup>ID.: Gunsalviz.

<sup>9</sup>Fórmula de traslado, sin fecha, realizada por el notario  
jurado de Santiago Andrés Pérez.

Alfonso IX da a la catedral de Santiago el diezmo  
de las marcas que le corresponden en esa ciudad,  
para sustento de un capellán.

Fol. 44 r.-v.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 281.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V pag. 61.- GONZALEZ: Alfonso  
IX. I. págs. 526 y 545-550.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen. Adefonsus.  
Dei gratia rex Legionis et Gallecie. dilecto et fidelissimo  
suo Petro, eadem Sancte Compostellanae ecclesie reverendo  
archiepiscopo, et universo eiusdem sedis capitulo. salutem  
et gracie integratam. Dilectioni vestre grates<sup>1</sup> reffero  
copiosas, eo quod in loco illo<sup>2</sup> ubi pater meus rex dominus  
Fernandus, bone memorie, sepultus est altare in honorem  
Sancti Laurencii construxistis et statuistis ut pro animabus  
imperatoris avi mei et iamdicti patris mei necnon parentum  
et avorum meorum. et etiam pro remedio anime mee ibi  
presbiter missam diebus singulis celebraret<sup>3</sup>. super quo  
vestram prudentiam et circumspectam discretionem laudo per  
plurimum et comendo. Per hoc agitur scriptum semper  
valitum notum facio universis tam presentibus quam futuris  
quod do et concedo vobis et ecclesie vestre vestrisque

successoribus irrevocabiliter perpetuo possidendam decimam  
marcharum quas de villa Sancti Iacobi singulis annis habere  
debeo. Do inquam illam<sup>m</sup> vobis ad sustentationem presbiteri  
in predicto altari sicut dictum esut Deo iugiter servientis.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo contra  
hoc factum meum venire voluerit et hanc cartam infringere  
vel hanc donationem modo aliquo revocare attemptaverit iram  
Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incurrat. et  
si quid invaserit in duplum componat, et pro auxiliu temerario  
regie loci in penam milie morabetinos persolvat, carta  
nichilominus semper<sup>m</sup> in suo robore permanente, et cum Datian  
et Abyron<sup>m</sup>, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas  
in inferno.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi.  
una cum filio meo infante domino Fernando, robooro et confirmo  
et sigillo meo communio.

Facta karta apud Sanctum Iacobum, mense novembri<sup>mo</sup>, era  
Ma CC<sup>a</sup> XLVIII<sup>mo</sup>. Regnante rege domino Adefonso in Legione,  
Gallecia, Asturiis et Extrematura.

(ia col.) Predicto Petro III<sup>o</sup>. Compostellano  
archiepiscopo.- Adefonso, Auriensi episcopo.- Suerio,  
Tudensi episcopo.- Roderico, Legionensi episcopo.- Pelagio,  
Minduniensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo<sup>17</sup>.-  
Ruderico, Lucensi episcopo.- Martino, Cemorense episcopo.-  
Gundisalvo, Salmantino episcopo.- Arnaldo, Caurensi  
episcopo<sup>18</sup>.- Ecclesia Civitatensi vacante.

(Signo rodado.)<sup>19</sup>

(2a col.) Domno Petro Fernandi, tenente Legionem,  
Asturias. Extrematuram et regis vassallo existente. - Alvaro  
Guterii, regis maiordomo existente<sup>\*\*</sup>. - Fernando Fernandi,  
regis signifero existente<sup>\*\*</sup> et tenente Limiam - Iohanne  
Fernandi, tenente Montem Rosum et Trastamarem. - Ruderico  
Gonzalvi, tenente Sarriam et Montem Nigrum. - Ruderico  
Fernandi, tenente Calveriam et Beneventum. - Fernando  
Gonzalvi, tenente Taurum et Maioricam.

Gundisaius Pelagis<sup>\*\*</sup>, regis notarius, scripsit.

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbo A, fol. 65 r.-v.

<sup>2</sup>GONZALEZ: falta eadem.

<sup>3</sup>ID.: gratias.

<sup>4</sup>ID.: falta illo.

<sup>5</sup>ID.: celebret.

<sup>6</sup>ID.: falta per.

<sup>7</sup>ID.: illa inquam.

<sup>8</sup>ID.: falta nichilominus semper.

<sup>9</sup>ID.: Datam et Abiron.

<sup>10</sup>ID.: novembris.

<sup>11</sup>GONZALEZ: añade Iohanne Ovetensi episcopo.

<sup>12</sup>ID.: falta Arnaldo Cauriensi episcopo.

<sup>13</sup>Signum Adefonsi regis Legionis.

<sup>14</sup> ID.: Domno Alvaro Guterriz regis maiordomo.

<sup>15</sup> ID.: falta existente.

<sup>16</sup> ID.: Gensalvus Pelagii, dominij... .

111

1212. noviembre. 7. Ledesma.

Alfonso IX dona al arzobispo de Santiago la  
heredad de Fonte de Ferros.

Fols. 50 v.-51 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 283.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C.. V, pag. 62.

In nomine Domini. amen. Inter cetera quibus maiestas  
regia decorari videtur potissimum est renpi sui ecclesias et  
precipue cathedrales privilegiis et affluenciis suis copiose  
ditare. humiliter venerari ac potencialiter defendere.  
nemini enim magis debet regalis gradus defensionem quam his  
qui se gladio non defendunt. Iccirco ego Alfonius. Dei  
gratia rex Legionis et Gallicie. utilitati ecclesie beati  
Iacobi volens consulere et indemnitati eius tam in presenti  
quam in posterum cavere. desiderans ne in possessionibus

suis direptioni et rapacitati terras tenendum pateat, do  
atque liberaliter concedo vobis domino Petro IIII.  
Compostellano archiepiscopo, et per vos predicte ecclesie  
gloriosissime apostoli Iacobi, patronis nostri, illam  
hereditatem meam de Fonte de Ferros, cum omnibus directuris  
et pertinenciis suis, et per terminos de Ponte de Tourones  
quomodo vadit per calpedam Colimbrionem usque ad rivum  
Siccum, et inde quomodo dividit per rabezan de Fatima, aquis  
divertentibus, quomodo descendunt ad aquas de Touroes. Hanc  
igitur meam hereditatem vobis do et hereditario iure concedo  
Deo et ecclesie vestre in perpetuum, ut eatis habeatis et  
libere possideatis sicut ea que melius habetis et liberius  
possideatis, vendatis, donatis, commutatis et velie vestrum  
de ea imperpetuum faciat.

Si quis igitur tam de meo genere quam de estraneo contra  
hoc meum voluntarium factum venire presumpserit et hanc meam  
donationis cartam modo aliquo infringere attemptaverit, iram  
Dei omnipotentis habeat et regiam indignationem incuriat, et  
pro temerario ausu quinque milie aurei persolvat, et quod  
invaserit in quadruplo reddat et sit maledictus in secula.

Facta karta apud Ledesmon, VII die novembris, era M<sup>er</sup> CC<sup>a</sup>

L<sup>a</sup>.

Ego Alfonsus, Dei gratia Leginensis rex, hanc cartam  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(la col.) Petro IIII. Compostellano archiepiscopo.-

Ecclesia Civitatensi vacante.- Gonzalvo. Salamantino  
episcopo.- Martino. Cemorenci episcopo.- Petro. Astoricensi

episcopo. - Roderico, Legionensi episcopo.

(Signo no rodado).

(2a col.) Domno Petro Fernandi, tenente Asturias et  
Legionem. - Domno Alvaro Guterri, regis maiordomo. - Domno  
Fernando Alvari, regis signifero. - Domno Fernando Fernandi. -  
Domno Roderico Fernandi. - Domno Petro Guterri.

Gunsalvo Pelaez<sup>a</sup>, regis notario. Martinus Munil,  
subdiaconus, notuit.

NOTAS

<sup>1</sup> Original en SANTIAGO, A.H.D., leg. 10, Privilegios reales.  
mazo 1. Copia en Tumbo A, fol. 65 v.

<sup>2</sup> GONZALEZ: falta liberaliter.

<sup>3</sup> ID.: patroni.

<sup>4</sup> ID.: eam.

<sup>5</sup> ID.: in perpetuum.

<sup>6</sup> ID.: falta Legionensis.

<sup>7</sup> ID.: falta Roderico Legionensi episcopo.

<sup>8</sup> ID.: Pelagii.

Alfonso IX manda que no se moleste al hombre del  
arzobispo de Santiago que hacia la presa en la vega  
de Astorga.

Fol.: 110 v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, n° 309.

CT.: ID.: Alfonso IX. I, pág. 154.

Adefonsus. Dei gratia Legionis rex, concilio et  
alcaldibus de Astorica, salutem et gratiam. Mando firmiter  
vobis quod non sufferatis quod aliquis pignoret vel  
inquietet hominem archiepiscopi Sancti Iacobi pro facienda  
presa neque aliquo force pro illo molendino quod ipse  
archiepiscopus habet in ipsa veiga de Astorica.

Et si quis contra hoc meum mandatum pignoraverit vel  
aliquid impedimentum fecerit sit meus fortator et pectet  
centum morabitinos. Et mando vobis et meirino quod si me  
amatris et gratiam meam vultis habere, pignoretis statim pro  
isto meo cauto et nullum amorem inde alicui faciat.

Datum apud Palatios de Valdornia, XVIII die iunii. era M  
CCa LIIa.

NOTAS

\* GONZALEZ: ipso.

\* ID.: alicuid.

113

1214, setiembre, 8. Santiago.

El arzobispo de Santiago don Pedro da en feudo a  
don Gonzalo Nuñez de Lara la tierra de Abeancos.

Fol. 17 r.-v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 63.- TABOADA ROCA: Terra  
de Melide. pag. 139.- GONZALEZ: Alfonse IX., I, pag. 155.-

ID.: Fernando III. I, pag. 148.

Innotescat tam presenti us quam futuris quod ego  
Gundisalvus Nuniz ecclesie Compostellane fidelis  
ferigrisius, promitto iuramento corporaliter prestito et  
hominatio in manibus eius facto domino Petro, Compostellano  
archiepiscopo, et universo eiusdem ecclesie capitulo, quod  
per me et per amicos meos semper iurabo dominum  
archiescopum predictum et quilibet eius successorem  
defendere et amparare terra de Aveancos, quam ad multam

instanciam Legionesis regis domini Aldefonsi et interventu  
precum mearum recepistis in concambio sive permutacionem  
pro terra et castello de Sancto Georgio, pro quo concambio  
ego vobis et ecclesie vestre de cetero magis obnoxius ero:  
et in omnibus negotiis vestris et specialiter in cautione et  
deffensione predicte terre de Abeancos vos fideliter  
adiuvabo.

Scripta carta apud Compostellam, sub era MCCCCLII, et  
quodum VI idus septenbris.

114

1214. setiembre, 9. Santiago.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la tierra  
de Abeancos y el monasterio de Togues a cambio del  
castillo de San Jorge.

Fol.: 6 v.-7 v.<sup>1</sup>

ED.: TABOADA ROCA: Terra de Melide, pags. 138-139, según  
Tumbo A.- GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 313.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 63.- GONZALEZ: Alfonso  
IX, I, pág. 155.- PORTELA PAZOS: Anotaciones, pag. 19.

(Christus.)<sup>o</sup> In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti amen. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, do Deo et beato Iacobo, patrono meo, et vobis domine Petre quarte, archiepiscopo Compostellane, vestrisque successoribus imperpetuum in concubium castelli de Sam Iurgio sive de Sancto Georgio, terram de Aviancos<sup>o</sup>, cum omnibus regalengis suis et nominatim cum Sarantes, cum omnibus pertinenciis et directuris suis et cum monasterio Santi Antonini et cum populacione de Milidi, cum pertinenciis suis, per suos terminos et divisiones antiquas, videlicet, sicut incivit a Ponte de Yso et vadit per rivulum de Yso ad superiorem pontem, et inde per Cruces, et inde per terminos qui dividunt terram de Superato et de Formiana cum terra de Aviancos<sup>o</sup>, et' inde vadit per Cornu de Bove et per terminos antiquos qui dividunt terram de Nalar cum Aviancos<sup>o</sup> et redit per terminos antiquos ad Portum de Bobus et ferit per suos terminos in flumine Ulle et descendit ad primum per Uliam quounque intrat rivulus qui vocatur Yssus<sup>o</sup> in Uliam et descendit per rivulum de Yso quounque vadit ad pontem illum a quo incepimus et per omnes terminos et divisiones antiquas ubicumque potuerint inveniri, sicut umquam eas melius habuit hanc supradictam terram, cum omnibus directuris suis et cum omni iure regio tam in temporalibus quam in ecclesiis, sicut umquam melius<sup>o</sup> parata fuit a morti imperatoris usque modo concedo in predictum concubium Deo et beato Iacobo et vobis domine Petre quarte,

archiepiscopae, vestrisque successoribus hereditario iure  
imperpetuum possidendam. Hoc autem concubium facio pro pace  
et utilitate ecclesie Sancti Iacobi que pro castro Sancti  
Iurgii sive Sancti Georgii plurimum a potencioribus regni  
mei fuit hactenus infestata.

Si quis igitur tam de genere meo quam de alio hoc  
concubium tam a me quam a vobis dominetur Petre,  
Compostellane archiepiscopae, sponte factum irritare vel  
revocare modo aliquo attentaverit, iram Dei omnipotentis  
incurrat et quod de concubio invaserit in quadruplum  
restituat et parti alteri decem millia aureorum reddere  
teneatur; carta nichilominus in concubio et robore  
permanente.

Facta carta apud Sanctum Iacobum, V<sup>o</sup> idus septembri, era  
M<sup>o</sup> CCC LII<sup>a</sup>. Regnante rege domin<sup>m</sup> Adefonso Legione,  
Gallecia, Asturiis et Extrematura.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Predicto Petro, Compostellano archiepiscopo.-  
Ruderico, Legionensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.-  
Petro, Astoricensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.-  
Pelagio, Minduniensi episcopo.- Fernando, Auriensi  
episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.- Martino, Cemorensi  
episcopo.- Gunzalvo, Salamantino episcopo.- Lumbardo,  
Civitatensi episcopo.- Giraldo, Caurensi episcopo.

(Signo rodado).<sup>12</sup>

(2<sup>a</sup> col.) Sancio Fernandi, fratre regis, tenente

Legionem. Cemoriam et Extrematuram. - Roderico Gomez, tenente  
Montem Rosum et medietatem de Trastamar. - Fernando Fernandi,  
tenente Limiam. - Gunzalvo Nunez, vassallo regis existente. -  
Fernando Guncalviz<sup>\*\*</sup>, tenente Taurum et Maioricam. - Fernando  
Guterriz, vassallo regis existente.

Petrus Petri, canonicus Sancti Iacobi, domini regis  
vicechancillarius<sup>\*\*</sup>, fecit scribi.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbo A. fol. 66 r.v.

<sup>2</sup>TABOADA ROCA: falta el crismón.

<sup>3</sup>ID. y GONZALEZ: in perpetuum.

<sup>4</sup>GONZALEZ: Amancos.

<sup>5</sup>ID.: deinde.

<sup>6</sup>ID.: Amancos.

<sup>7</sup>TABOADA ROCA: e.

<sup>8</sup>GONZALEZ: Amancos.

<sup>9</sup>TABOADA ROCA: quosque.

<sup>10</sup>GONZALEZ: Isso.

<sup>11</sup>ID.: falta melius.

<sup>12</sup>ID.: domne.

<sup>13</sup>ID.: domno.

<sup>14</sup>Sigilum Adetonsi regis Legionensis.

<sup>15</sup>GONZALEZ: Guncalviz.

<sup>16</sup>ID.: vicecancellarius.

115

1215. marzo, 2<sup>o</sup> Astorga.

Alfonso IX dispone que sus hombres puedan pasar a la tierra de Santiago y los vasallos de ésta a la de aquél, con ciertas condiciones.

Fol.: 12 r.v. y en 77 r.-78 v., en confirmación de Alfonso X de 1252, noviembre, 3.

ED.: HINOJOSA: Colección, págs. 145-147, sin fecha.-  
GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 318.

TRAD.: LOPEZ FERREIRO: Fueros, I, págs. 336-338 y 3<sup>a</sup> edición, págs. 353-354.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 65.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 242-243 y 431.

Alfonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, universis conciliis et omnibus hominibus de regno suo<sup>1</sup>, salutem et gratiam. Notum sit vobis quod<sup>2</sup> Petrus IIII<sup>3</sup>, Compostellanus archiepiscopus, posuit in eleccione mea quod vel homines de

villis et possessionibus suis, non transirent ad viillas et  
possessiones et populationes meas neque' mei ad suas. et si  
transirent non levarent" hereditates suas quas haberent ibi  
unde recederent", vel quod et homines sui libere transirent  
cum suis hereditatibus de' possessionibus ad meas et mei de'  
meis ad suas. Ego vero, considerata utilitate omnium hominum  
de regno meo, et volens illis suam libertatem conservare",  
habita deliberatione elegi potius ut et sui de suis villis  
et locis et possessionibus transeant quando voluerint ad  
meas et mei de meis villis et possessionibus transeant pro  
voluntate sua ad suas archiepiscopi, ita. scilicet", quod  
de hereditatibus' eorum que fuerint forarie' faciant  
domini earum illud forum pro eis sive mihi sive eidem  
archiepiscopo qui scilicet nostrum' fuerit dominus illius  
loci in quo est illa'" hereditas. Ille vero qui transierit  
totum forum quod facere debuerit pro" se ibi faciat ubi  
caput tenuerit et ubi moratus fuerit, et pro hereditatibus  
suis foraris'" ibi faciat forum suum, quod facere solebat  
ubi fuerint hereditates sicut dictum est. Preter quam'" de  
decimis que dantur ecclesiis quas solvet'" ibi ubi ius  
dictaverit et loci consuetudo exegerit. Si quis autem morans  
et habitans in villa archiepiscopi fecerit se vicinum in  
villa mea vel habitans in villa mea fecerit se vicinum in  
villa sua et non mutaverit mansionem ibi ubi manet, faciat  
totum forum suum sicut alii qui non sunt'" vicini nisi  
illius loci sive ville in qua ipse manet. Et illi quorum  
vicinus factus est nec transivit'" ad eos nullam faciant

contrariam<sup>m</sup> hominibus illius ville in qua manet ille nec  
illi qui se vicinum fecit eorum, quoniam si fecerint et  
admoniti se non emendaverint pectent mihi et domino  
archiepiscopo mille morabetinos<sup>m</sup>; et ego promitto ipsi  
archiepiscopo quod bona fide faciam<sup>m</sup> ut illi morabetini  
solvantur mihi et archiepiscopo<sup>m</sup> si invenero unde. Preterea  
si contra hoc statutum meum aliquis impedire<sup>m</sup> voluerit  
hominem<sup>m</sup> archiepiscopi. ut dictum est, transeuntem ad me  
vel meum transeutem<sup>m</sup> ad illum et admonitus non  
destiterit<sup>m</sup>, pectet similiter supradictam<sup>m</sup> penam mihi  
archiepiscopo<sup>m</sup>. Et ego similiter promitto quod exigam  
dictam penam mille morabetinos<sup>m</sup> ad opus mei<sup>m</sup> et  
archiepiscopi<sup>m</sup>, liceat etiam ipsi archiepiscopo supradictos  
iniuriatores et contrariatores<sup>m</sup> per censuram ecclesiasticam  
cohercere donec sibi iuxta tenorem et modum satisfaciant  
supradictum. Liceat etiam illi modis omnibus quibus potuerit  
et voluerit ipsam penam petere et exigere ad opus mei et  
sui<sup>m</sup>.

Facta carta apud Astoricam. XX<sup>o</sup> II<sup>o</sup> die marci. era Ma  
CC<sup>a</sup> LIII<sup>m</sup>.

Ego rex dominus<sup>m</sup> Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo<sup>m</sup> et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Martino, Cemorensi episcopo. cf.- Ruderico,  
Legionensi episcopo, cf.- Iohanne, Ovetensi episcopo, cf.-  
Petro, Astoricensi episcopo. cf.- Fernando, Auriensi  
episcopo, cf.- Suerio, Tudensi episcopo, cf.- Ruderico,  
Lucensi<sup>m</sup> episcopo, cf.- Pelagio, Mindoniensi episcopo, cf.-

Gundisalvo, Salamantino episcopo, cf.- Lombardo, Civitatensi  
episcopo, cf.- Giraldo, [C]auriensi episcopo, cf.  
(Signo rodado, sin leyenda).

(2a col.) Sancio Fernandi, fratre regis, eiusdem  
signifero, tenente Legionem, Cemoram et Extrematuram, cf.-  
Fernando Fernandi, tenente Castrum Turafe et Albam de  
Aliste, cf.<sup>40</sup>- Ruderico<sup>41</sup> Fernandi, tenente Beneventum, cf.-  
Fernando Gunsalvi, tenente Taurum et Maioricam, cf.-  
Iohanne Fernandi, tenente Allarit et Milmandam et Montem  
Rosum, cf.

Ego Martinus Pelagii, de mandato Petri Petri<sup>42</sup>,  
archidiaconi et domini regis cancellarii, scripsi et cf.<sup>43</sup>

---

NOTAS

<sup>1</sup>HINOJOSA: meo.

<sup>2</sup>ID.: falta vobis quod.

<sup>3</sup>ID.: nec.

<sup>4</sup>ID.: levavent.

<sup>5</sup>ID.: residerent.

<sup>6</sup>ID.: falta de.

<sup>7</sup>ID.: falta mei de.

<sup>8</sup>ID.: servare.

<sup>9</sup>ID.: falta et.

<sup>10</sup>ID.: taliter.

<sup>11</sup> Repite he.

<sup>12</sup> HINOJOSA: fonane.

<sup>13</sup> ID.: nostrorum.

<sup>14</sup> ID.: falta illa.

<sup>15</sup> ID.: dabit per.

<sup>16</sup> ID.: foranis.

<sup>17</sup> ID.: preterea quantum.

<sup>18</sup> ID.: ecclesiis solvat.

<sup>19</sup> ID.: fuerint.

<sup>20</sup> ID.: seu transit.

<sup>21</sup> ID.: forciam hominibus.

<sup>22</sup> Borrado iniuriator: HINOJOSA: falta; Fol. 77 v: per  
medium; GONZALEZ: [iniuriator].

<sup>23</sup> HINOJOSA: faciat.

<sup>24</sup> Cfr. nota 22.

<sup>25</sup> Fol. 77 v.: impendere.

<sup>26</sup> HINOJOSA: hominibus.

<sup>27</sup> ID.: meos transeuntes.

<sup>28</sup> ID.: desistat.

<sup>29</sup> ID.: supradictas

<sup>30</sup> Cfr. nota 22.

<sup>31</sup> GONZALEZ: morabitinorum.

<sup>32</sup> HINOJOSA: mihi.

<sup>33</sup> Cfr. nota 22.

<sup>34</sup> HINOJOSA: supradicto in inviatores et gravatores.

<sup>35</sup> ID.: meum et suum.

<sup>36</sup> ID.: facta la data completa.

<sup>37</sup>ID.: ego dominus.

<sup>38</sup>ID.: falta confirmo.

<sup>39</sup>ID.: Rudirico. Lucense.

<sup>40</sup>GONZALEZ: falta Fernando Fernandi, tenente Castrum Turafe  
et Albam de Aliste, cf.

<sup>41</sup>ID.: Fernando.

<sup>42</sup>HINOJOSA: post petitionem.

<sup>43</sup>ID.: signavi.

116

1215, mayo, 9. Orense.

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la tierra  
de Valcarcel con sus términos y derechos, excepto el  
portazgo.

Fols. 11v.-112 v.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi. amen. Inter cetera  
que ad regiam pertinet dignitatem illud est precipuum  
videlicet ecclesias diligere ac venerari. et de affluentis  
suis eas largissime ditare. ut terrena largiens celestia  
valeat promereri. Iccirco ego Adefonsus. Dei gratia rex  
Legionis et Gallecie. quia vos. domne Petre quarte.  
Compostellane archiepiscope. ecclesiam gloriosissimi

apostoli Iacobi ad meam instanciam consecratis, cuius dedicationi mente et corpore interfui, offero Deo et ipsi glorioissimo apostolo Iacobo, patrono meo, et vobis vestrsique successoribus in perpetuum possidendam terram de Valcarcer, que per hos terminos determinatur, videlicet, per aquam de Burvia et per Landoirum, per Canosam, per campum de Meigion Fric, per picum de Petra Cavalar, per caustum de Cesuras, per Cidadelam, per portellum de Casteneiras, per Padornellum, per caput de Aquis Rubeis, per marcum petrinum de Petra Fita, sicut divertunt aque per caput de Vitibus, per Auz, per serra de Ardecalvos, per Argentarium, per fontem de Texeira, per penam Cabriteiram, per cotelas de Faro, per petram de Sandeos, per covas de Palumbas, per padorneum cœ Villa Rovin, per abedul de Cima de Valles, per penam de Osseu, per portellam de Moral, per çimam de Monte Acuto, per carvallum de Prova, per caustum de Dragunte quod possuerunt in valle Sancti Felicis et sicut iungitur aque de Burvia. Predictam itaque terram per prefatos terminos et per divisiones antiquas ubicumque potuerint inveniri do vobis, cum omnibus directuris suis et cum portatico equorum sicut dominus terre illud percipere solebat, nam aliud portaticum mihi retineo ut illam habeatis et possideatis cum pertinenciis suis omnibus sicut ea que melius habetis et liberius possidetis. Hoc autem facio ob remedium anime mee et animarum patris mei et parentum meorum et quia in orationibus que in predicta ecclesia Deo et glorioissimo apostolo Iacobo iugiter exhibentur partem desidero

promereri.

Si quis igitur tam de genere meo quam de extraneo contra  
hoc meum spontaneum factum venire presumpserit et hanc mee  
spontanee donationis cartam ausu temerario infringere modo  
aliquo attemptaverit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam  
indignationem incurrat, et si quid invaserit in duplum  
restituat, et pro temerario ausu regie parti et ecclesie  
Sancti Iacobi mille aureos reddere compellatur et tandem cum  
Iuda Domini traditore et cum Data et Abiron, nos vivos  
terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno, et carta  
suum robur semper retineat inconcussum.

Facta carta apud Auriam, IX<sup>a</sup> die madii, era Ma CC<sup>a</sup> LIII<sup>a</sup>.

Ego rex dominus Adefonsus hanc cartam quam fieri iussi  
roboro et confirmo et sigillo meo communio.

(1<sup>a</sup> col.) Ruderico, Legionensi episcopo.- Iohanne,  
Ovetensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo.- Ruderico,  
Lucensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi episcopo.- Fernando,  
Auriensi episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.- Martino,  
Cemorensi episcopo.- Gonçalvo, Salamantino episcopo.-  
Lombardo, Civitatensi episcopo.- Giraldo, Cauriensi  
episcopo.

(Signo rodado)<sup>1</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Sancio Fernandi, frater regis, eius signifero.  
tenente Extrematuram et Cemoram, Legionem, Rocam, Lunam et  
Castrum Novum.- Ruderico Gomez, tenente Transtamarem,  
Sarriam et Montem Nigrum.- Iohanne Fernandi, tenente Montem  
Rosum, Allariz et Riberam.- Ruderico Fernandi de Valle

Ornie, Beneventum et Villam Fafilam.- Fernando Gonzalvi.  
tenente Taurum et Maioricam.- Gonzalvo Menendi, tenente  
Cauriam et Alcantara.- Nuno Nuniz, tenente Toronium.-  
Fernando Guterriz, tenente burgum de Rippa Avie.- Fernando  
Fernandi, tenente Castrum Torafe et Senabriam.- Ruderico  
Fernandi, tenente Trives et Caldelas et Quirogam.- Ordonio  
Alvariz, tenente Casum.

Petrus Petri, canonicus Sancti Iacobi, scripsit.

NOTAS

\*Signum Adefonsi regis Legionis.

117

1215, mayo, 9. Orense

Alfonso IX da a la Iglesia de Santiago la tierra  
de Valcárcel con sus términos y derechos, salvo el  
portazgo.

Fols. 142 v.-143 v.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 321.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 61.- LACARRA:  
Peregrinaciones, I, pags. 309-310, dandole fecha de 1315 y  
atribuyéndolo a Alfonso XI.

In nomine Domini. amen. Inter cetera que ad regiam  
pertinent dignitatem illud est precipuum ecclesias regni sui  
diligere ac venerari et de affluentibus suis eas largissime  
ditare, ut terrena largiens celestia valeat promereret.  
Iccirco nos Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie,  
quia vos, domine Petre quarte, Compostellane archiepiscopae,  
ecclesiam gloriosissimi apostoli Iacobi ad nostram  
instanciam consecrastis, cuius dedicationi corpore et mente  
interfuiimus offerimus Deo et et ipsi gloriosissimo apostolo  
Iacobo patrono nostro, et vobis vestrisque successoribus.  
in perpetuum possidendam, terram de Valcarcer, per suos  
terminos et divisiones antiquas, cum omnibus directuris suis  
que ad regiam pertinent vocem, excepto portatico, ut ab hac  
die in antea vos et successores vestri ipsam terram per suos  
terminos sicut eos unquam habuit maiores et meliores in  
perpetuum habeatis, possideatis, sicut ea que melius habetis  
et liberius possidetis. Hoc autem facimus ob remedium anime  
nostre et parentum nostrorum et quia in bonis et orationibus  
que in ipsa ecclesia Deo iugiter exhibentur partem  
desideramus largiente Domino promereret.

Si quis igitur contra hoc factum nostrum spontaneum tam  
de nostro genere quam de extraneo venire voluerit et hanc

nostre donationis cartam ausu temerario infringere  
attemptaverit, iram Dei omnipotentis habeat et regiam  
indignationem incurrat, et si quid invaserit in duplum  
resticuat et mille morabitinos persolvat, carta semper in  
suo robore permanente, ut tandem cum Iuda, Domini traditore,  
et cum Dathan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas  
luat perpetuas in inferno.

Facta carta apud Auriem, VIII die maii, era M<sup>3</sup> CCA La  
IIIa.

Ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, hanc  
cartam quam fieri iussi roboro et confirmo et sigillo meo  
communio.

(1<sup>a</sup> col.) Ruderico, Legionensi episcopo.- Iohanne,  
Ovetensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Petro,  
Asturicensi episcopo.- Martino, Cemorense episcopo.-  
Gunzalvo, Salamantino episcopo.- Lumbardo, Civitatensi  
episcopo.- Suerio, Tudensi episcopo.- Pelagio, Minduniensi  
episcopo.- Giraldo, Cauriensi episcopo.

(Signo rodado).

(2<sup>a</sup> col.) Domno Sancio Fernandi, reis signifero, tenente  
Legionem, Cemorem et Extrematuram.- Domno Ruderico Gomiz,  
tenente Trastamarem, Sarriam et Montem Nigrum.- Domno  
Iohanne Fernandi, tenente Limiam.- Domno Fernando  
Guterri.- Domno Nuno Nuniz.- Domno Fernando Fernandi.-  
Domno Ruderico Fernandi de Calderas.- Domno Ruderico  
Fernandi.- Domno Fernando Gunzalvi.

Magister Michael, domini regis notarius, scripsit.

NOTAS

"Este documento es prácticamente igual al anterior variando, y por eso lo ponemos como distinto. Los títulos, que aquí son mas, y añadiendo los límites de la "terra" de Valcárcel.

"GONZALEZ: Valcarcer.

"Signum Adefonsi, regis Legionis.

"GONZALEZ: falta Tenente Limiam.

"ID.: falta.

"ID.: falta.

"ID.: falta.

118

[1216], febrero, 20. Letrán.

Inocencio III aprueba la permuta realizada entre la Iglesia compostelana y Alfonso IX el 9 de setiembre de 1214.

Fol. 256 r.-v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 63.- TABOADA ROCA: Terra

de Melide, pag. 139.

Innocentius episcopus, servus servorum Dei. Venerabilis  
fratri archiepiscopo et dilectis filiis capitulo  
Compostellano, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a  
nobis petitum, quod iustum est et honestum, tam vigor  
equitatis quam ordo existit rationis ut id per sollicitudinem  
officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane  
postulantis a nobis ut concambio quod de castello San Iurgii  
pro terra de Avianos cum carissimo in Christo filio nostro  
illustri rege Legionensi, considerata ecclesie Compostellanae  
utilitate, fecistis. dignaremur favores apostolici presidium  
impertiri. Eapropter, venerabilis in Christo frater et  
dilecti in Domino filiis vestris justis postulationibus  
grato concurrentes assensu, concambium ipsum, sicut iuste ac  
utiliter factum esse dinoscitur, auctoritate apostolica  
confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus.  
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre  
confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem  
omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius  
se noverit incursum.

Datum Laterani, X kalendas marci, pontificatus nostri  
anno septimo decimo.

(216, julio, 17, Zamora.

Alfonso IX acota en favor de la catedral de Santiago las villas de Archos y Arquillinos.

Fols. 114 v.-115 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 336.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 62.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, pág. 167.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Quoniam ea que in presenti fiunt cito a memoria elabuntur nisi scripture testimonio confirmentur, scriptura enim nutrit memoriam et oblivionis incomoda precul pallit. Iccirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, notum facio omnibus tam presentibus quam futuris per hoc scriptum perpetuo duraturum et valiturn, quod facio vobis domino Petro quarto, Compostellano archiepiscopo, vestrisque successoribus, hanc presentem incautationis paginam de illis villis vestris Archos, videlicet et Arquillinos, cum totis suis pertinenciis et directuris: et pono cautos meos in circuitu ipsarum villarum, ut per ipsos cautos et hanc incautationis cartam predicte ville sint semper ab omni violentia atque iniuria amparate et defense.

Quicumque igitur tam nobilis quam infobilis contra hanc  
meam incautationis cartam venire attemptaverit et infra  
predictos cautos aliquid forciam seu tortum sive desertam  
aucu temerario vobis vel omnibus vestris seu rebus facere  
presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem  
incurrat, et si quid invaserit in duprum vobis restituat et  
in penam pro ausu temerario milia vobisque per medio duo  
milia morabetinos exsolvat, carta nichilominus semper in suo  
robore permanente.

Facta carta apud Cemortum, XVII die iulii, era Ma CCa  
LIIIA.

(1a col.) Eodem Petro III existente archiepiscopo  
Compostellano.- Fernando, Auriensi episcopo.- Iohanne.  
Tudensi episcopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Iohanne.  
Ovetensi episcopo.- Ruderico, Legionensi episcopo.- Petro,  
Astoricensi episcopo.- Martino, Gomorensi episcopo.-  
Gunzaivo, Salamantino episcopo.- Lundario, Civitatensi  
episcopo.- Geraldo, Cauriensi episcopo.

(Signo no roldo.)

(2a col.) Domno Sencio Fernandi, regis signifero, tenente  
Legionem, Cemoram et Extrematuram.- Domno Ruderico Gomiz,  
tenente Trastamarem, Montem Nigrum, Sarriam et Montem  
Rosum.- Domno Fernando Guterri, tenente Limiam et Lemos.-  
Domno Nuno Nuniz, tenente Toronium.- Domno Ruderico Fernandi  
Fedo, tenente Astoricam et Beneventum.- Domno Fernando  
Gunzalvi, tenente Taurum et Majoricam.- Domno Nuno Froile,  
tenente Rodam et Almanciam.

Petro Petri, archidiacono Salamantino, tenente  
cancellarium, magister Michael, domini regis notarius.  
scripsit.

120

1216, agosto, 20. Zamora.

Alfonso IX confirma a la iglesia de San Lorenzo,  
que había construido en Compostela el obispo Martín  
de Zamora, cuanto este le había dado.

Fol. 36 v.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, n° 339.

REG.: VAZQUEZ MARTINEZ: Fuentes III, pag. 39.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 118.- GONZALEZ: Alfonso  
IX, I, pág. 168.

In nomine Domini nostri Ihesu Christi et eius gratia  
atque virtute, amen. Sapientia Patris per Salomonem loquitur  
dicens: "per me reges regnant et legum conditores scribunt  
iusticiam"; et iterum: "cor regis in manu Dei est et ubi  
voluerit inclinabit illud".<sup>2</sup> Quia ergo corda regum per Regem

regum inclinantur ad bonum, primum est ut ecclesiis Dei, que  
domus Domini dicuntur a Domino, libertatibus donare,  
privilegiis munire, munificenciis augere debeat et honore.  
Eapropter ego Adefonsus, Dei gratia Legionis rex, una cum  
filiis meis, per hanc cartam perpetuo vallitaram, concedo et  
confirmo ecclesie Sancti Laurencii quam domine Martine,  
Zamorensis episcope, Compostelle edificastis, omnia que tam  
de patrimonio vestro quam cunctio donacionis vel emptionis  
vel alio quocumque modo acquisita eidem ecclesie contulistis  
vel in futurum conferetis firma permaneant ac iure perpetuo  
inconcussa.

Et quicumque ea cuiuscumque professionis vel ordinis  
invadere, auferre, molestare vel impedire temptaverit, pro  
ipso temeritatis sue ausu mille aureos parti regie persolvat  
et duplum eius quod auferre presumpserit per regem vel eius  
vicarium predicte ecclesie reddere compellatur, rebus  
predictis in sua firmitate et integritate apud ipsam  
ecclesiam permanentibus inconcusse.

Facta carta apud Zamoram, XX die augusti, era Ma CCa  
LIIIIa. Ipso eodem rege Adefonso regnante in Legione et  
Gallecia et Asturiis.

(la col.) Petro IIIO, Compostellano archiepiscopo.-  
Petro, Asoricensi episcopo.- Fernando, Auriensi episcopo.-  
Iohanne, Tudensi episcopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.-  
Roderico, Legionensi episcopo.- Martino, Zemorensi  
episcopo.- Gunçalvo, Salamantino episcopo.- Lombardo,

Civitatensi episcopo. - Geraldo, Caurensi episcopo.<sup>1</sup>

(2<sup>a</sup> col.) Donno Sancio Fernandi, regis signifero, tenente Legionem Asturias, Zenoram et Strematianum. - Donno Roderico Gomez, tenente Trastamar et Montem Rosum, Sarriam et Montem Nigrum. - Donno Fernando Guterri, tenente Limiam. - Donno Iohanne Gunsalvi, tenente Ovetum et Abeles et Castro Tarafe<sup>2</sup>. - Donno Fernando Gunsalvi, tenente Villam Lobos et Castrum Teriam.

Donno Petro Petri, archidiacoño Salamanco, tenente cancellariam. Michaelis Ruderici notuit.

---

NOTAS

<sup>1</sup> Original en SANTIAGO, A.C., carpeta 2/27.

<sup>2</sup> Prov. 8, 18.

<sup>3</sup> Prov. 21, 1.

<sup>4</sup> Espacio para poner el signo rodado.

<sup>5</sup> GONZALEZ: falta Tarafe.

<sup>6</sup> ID.: Michael.

Honorio III confirma a la iglesia compostelana una  
viña en Caldas y la iglesia de Arnois.

Fol. 269 v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. pag. 68, como en fol. 209.- SA

BRAVO: Caldas, pag. 167 nota 2, con el fol. 209.

Honorius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis  
capitulo Compostellano, salutem et apostolicam  
benedictionem. Iustis petencium desideriis dignum est nos  
facilem prebere assensum et vota que a rationis tramite non  
discordant effectu prosequente complere. Eapropter dilecti  
in Domino filii vestris iustis postulationibus grato  
concurrentes assensu dum ad portam occidentalem ecclesie  
Compostellane et vineam in villa que Caldas de Rex  
vulgariter appellatur, positas nechon et ius quod habetis in  
ecclesia de Hasnois, cum menetate cauti de Hasnois, qui de  
donatione venerabilis fratribus nostri Petri, Compostellani  
archiepiscopi, vos progenitis canonice ussecutus, sicut ea  
omnia iusta ac pacifice possidetis vobis et per vos eidem  
ecclesie vestre, auctoritate apostolica, confirmamus et  
presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino  
hominum liceat hanc reginam nostre confirmationis infringere  
vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc atemptare presumpserit, indignationem  
omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius

se noverit incursum.

Datum Laterani. XIII kalendas februarii. pontificatus  
nostri anno secundo.

122

1218, abril, 15. La Coruña.

Alfonso IX manda que ningún particular exija cosa  
alguna en los cotos de Abegondo, San Félix y otros  
que eran propiedad de la Iglesia compostelana.

Fols. 154 v.-155 r. y 67 v.-68 r. en confirmacion de  
Fernando III de 1232, febrero, 29.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 360.

CF.: LOPEZ FERREIRO: II.C. V. pag. 64.

In Dei nomine ei eius gratia, amen. Notum sit omnibus et in  
presentibus quam futuris per hoc scriptum firmissimum  
perpetuo valitum quod ego Adelphus, Dei gratia rex  
Legionis et Gallicie, do et concedo Deo et ecclesie beati  
Iacobi et vobis domino Petro, eiusdem sedis archiepiscopo, et  
universo Compostellane ecclesie capitulo, vestrisque  
successoribus, do inquit et firmiter incaute quod nullus

ricome seu quicumque alius de parte sua intret vobis pro aliqua causa nec pro petito, nec pro morabetino, nec pro quacumque alia exactione sive in petitione in istos cautos vestros, videlicet. Palen, Monte Altum, Avegondo, Piavela, Sanctum Felicem, Bandogiam, Sanctum Vicentium de Calamouco, Luvre, Cervales, Ceser et Recelli. Hoc autem facio vobis ob remedium anime mee et animarum parentum meorum et quia de bonis et de orationibus que in ipsa Compostellana ecclesia Deo iugiter exhibentur partem ipso largiente desidero promereri.

Si quis igitur contra hoc factum meum ad irrumpendum venire presumpserit aut hanc cartam incautationis modo aliquo infringere attemptaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et quantum invaserit in duplum restituat et parti regie mille morabitinos in penam persolvat, carta semper robur firmissimum obtinente.

Facta karta apud Cruniam, mense aprilis, die Sancto Pasche, era M<sup>æ</sup> CC<sup>æ</sup> L<sup>æ</sup> VI.

Ego Adefonsus rex hanc cartam quam fieri iussi roboro et confirmo, sigillo meo ac signo proprio communio.

(1<sup>a</sup> col.) Eodem supradicto Petro IIII<sup>æ</sup> existente Compostellane sedis archiepiscopo.- Ruderico, Lucensi episcopo.- Fernando, Auricensi episcopo.- Petro. Astoricensi episcopo.- Pelagio, Mindoniensi episcopo.

(Signo no rodado.)

(2<sup>a</sup> col.) Domno Sancio Fernandi, tenente Asturias. Legionem, Beneventum, Cemoram et Extrematuram, ipso

existente signifero domini regis.- Domno Ruderico Gomiz,  
tenente Montem Rosum et Montem Nigrum Sarriam et  
Trastamarem.- Domno Martino Sancii, tenente Limiam et  
Berizum cum Bueza.

Petro Petri, archidiacono Salamantino, tenente  
cancellarium. Magister Michael, domini regis notarius,  
scripsit et cf.

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbo A, fol 66 r.

<sup>2</sup>Da fecha 16 de abril.

123

1218, agosto 8. Carrion.

Fernando III exime de fonsado y todo tributo regio  
a la villa de Ledigos en favor del arzobispo de  
Santiago.

Fols. 129 r.-130 r. y 116 r.-117 v., en confirmación de  
Alfonso X de 1254, diciemb

ED.: DE MANUEL: Memorias, pág. 264 de confirmación de  
Alfonso X.- GONZALEZ: Fernando III, II, nº 36.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 71-72.

(Christus.) Presentibus notum sit et futuris quod ego Ferrandus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, ob reverenciam beatissimi<sup>z</sup> apostoli Sancti Iacobi, quem et patronum in terris et intercessore habere desideramus in celis, et intuitu etiam domni Petri, Compostellani archiepiscopi, cuius devotionem et affectum circa nos et negotia nostra invenimus utilem et habemus acceptum<sup>r</sup>, villam de Ledigos, Compostellane ecclesie pia illustrissimi avi nostri<sup>z</sup> domni Adefonsi, felicissime memorie, concessione, et fidelium pro avorum nostrorum oblatione<sup>r</sup>, ab antiquo concessam, nostre protectionis privilegio comunimus, et eam de cetero liberam esse censemus<sup>r</sup> ad omni regia petitione<sup>r</sup> et ab expeditione sive fonsato et omnibus regiis exactioribus et tributis et ab omni verec mamposteria ut<sup>r</sup> scilicet homines commorantes ibi nulli teneantur servire<sup>r</sup> mampostario<sup>z</sup> sive alii nisi ecclesie beati Iacobi et archiepiscopo Compostellano, vel qui ipse mandaverit, nec aliquis majoribus noster<sup>z</sup> vel alterius aliquam ibi habeat<sup>r</sup> potestatem vel ingressum.

Si quis vero hanc cartam infringere diminuere in aliquo presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et regie parti mille aureos in cauto persolvat et dampnum quod in predicta villa intulerit duplicatum restituuet<sup>z</sup>.

Facta carta apud Carrionem, VIII<sup>o</sup> die augusti, era Ma CCa  
La sexta<sup>ta</sup>.

Et ego rex Fernandus, regnans in Castiella et Toleto,  
hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et  
confirmo.

Roderics, Toletane sedis archiepiscope, Hyspaniarum  
primas, cf.

(1<sup>a</sup> col.) Tellus, Palentinus episcopus, cf.- Mauricius,  
Burgensis episcopus, cf.- Rodericus, Segontinus episcopus,  
cf.- Giraldus, Secobiensis episcopus, cf.- Melendus,  
Exomelensis episcopus, cf.- Garsias, Conchensis episcopus,  
cf.- Dominicus, Abulensis episcopus, cf.- Dominicus,  
Placentinus episcopus, cf.

(Signo rodado)<sup>12</sup>.

(2<sup>a</sup> col.) Rodericus Didaci, cf.- Alvarus Didaci, cf.-  
Alfonsus Tellii, cf.- Rodericus Roderici, cf.- Suerius  
Tellii, cf.- Guillelmus Petri, cf.- Garsias Ferrandi,  
maiordomus regi e. cf.- Gonçalus Petr. de Arnellus, maior  
merinus in Castella, cf.

Iohannes, domini regis cancellarius. abbas Sancti  
Anderii (sic), cf.- Egidius, iussu cancellarii, scripsit.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en SANTIAGO A.C., en confirmacion de Enrique III

de 1392, febrero, 20, confirmatoria a su vez de otras anteriores.

\*DE MANUEL: virtuosissimi.

\*ID.: acertam.

\*ID.: mei.

\*ID.: obligationem.

\*ID.: fata desde et eam hasta censemus.

\*ID.: pensione.

\*ID.: omni madposteria et: GONZALEZ: falta omni mampostaria ut.

\*DE MANUEL: sercure.

\*ID.: madpostaria: GONZALEZ: mampostaro.

\*DE MANUEL: aliquid mayorinus nostri.

\*ID.: habeant.

\*ID.: contu...damnum quod predicta villa tutellerit duplicatum restituat.

\*ID.: 8 die aprilis, era mil doscientos cincuenta e seis.

\*En torno: "Gonçalus Roderici maiordomus curie regis, cf.- Lupus Didaci, alferiz regis, cf.". Signum Ferrandi regis Castelle.

[1219], julio, 15. Rieti.

Honorio III otorga a los obispos de la provincia

de Santiago el que sólo se reunian en concilio cada tres años.

Fol. 224 v.-225 r.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, ap. XI.- MANSILLA: Honorio III., nº 231.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 69.- LINEHAN: La iglesia. págs 15 y 261.

Honorius episcopus. servus servorum Dei. Venerabilibus fratribus<sup>2</sup> archiepiscopo Compostellano et suffra[ga]neis eius, salutem et apostolicam benedictionem<sup>3</sup>. Intellecto per litteras vestras. quod provincia vestra dissimiliter aliis ordinata, ad provinciale concilium non potestis annis singulis difficultate nimia convenire<sup>4</sup>, secundum statutum concilii generalis, auctoritate vobis presentium indulgemus, ut non nisi singulis trienii<sup>5</sup> convenire teneamini pro huiusmodi concilio celebrando. Nulli ergo omnino hominum liceat han paginam<sup>6</sup> nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire.<sup>7</sup>

Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum se noverit incursum<sup>8</sup>.

Datum Reati, idus<sup>9</sup> iulii, pontificatus nostri anno tertio.

NOTAS

- \*MANSILLA: falta desde Honorius hasta fratribus.  
\*ID.: falta desde salutem hasta benedictionem.  
\*ID. y LOPEZ FERREIRO: convenire.  
\*ID., ID.: triennis.  
\*MANSILLA: falta desde omnino hasta paginam; LOPEZ FERREIRO:  
falta desde omnino hasta incursurum.  
\*MANSILLA: falta desde vel hasta contraire.  
\*ID.: falta desdse hoc hasta incursurum.  
\*ID y LOPEZ FERREIRO: idibus.

125

1219, octubre, 6. Santiago.

Alfonso IX confirma la concesión hecha al cabildo  
de Santiago de trescientos maravedis al año en La  
Coruña.

Fols. 148 r.-v. y 203 r.-204 r., en confirmación de Fernando  
III de 1232, febrero, 29.

ED.: G<sub>N</sub>ZALEZ: Alfonso IX, II, n<sup>o</sup> 379.

CT.: LOPEZ FERRERO: H.C., V, pág. 61.

In Dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis quod ego dominus Adefonsus, Legionensis<sup>r</sup> rex, concedo et confirmo capitulo Sancti Iacobi CCC<sup>xx</sup> morabetinos, quos dudum eidem capitulo concesseram et assignaveram in Crunia annis singulis percipiendos; et mando quod vicarius ipsius capituli a kalendis ianuarii percipiat annuatim omnes proventus ipsius ville et portus quounque sit integratus de ipsis CCC<sup>xx</sup> morabetinis, semper tamen per manum hominis<sup>r</sup> infantium nostrarum filiarum domne Sancie et domne Dulcie, qui fuerit ibi et homo ipsarum nichil inde quounque vicarius capituli sit integratus.

Si quis igitur hoc factum nostrum infringere aut contrariare presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et quantum prendiderit eidem capitulo duplet et CCC<sup>xx</sup> morabetinos in eam persolvat.

Facta carta Composteile, era M<sup>a</sup> CC LVII et quotum<sup>r</sup> pridie nonas octobris.

---

NOTAS

\* GONZALEZ: Legionis.

\* ID.: falta hominis.

\* ID.: quod.

126

1219, octubre, 6. Santiago.

Las infantas doña Sancha y doña Dulce cconfirman a la Iglesia de Santiago trescientos maravedias anuales que le había dado su padre en La Coruña.

Fols. 135 r -v. y 220 v.-221 r.

ED: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº378, erroneamente como en el fol. 45.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág 61.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, pág. 246.

In Dei nomine. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis quod nos infantes domna Sancia et domna Dulcia concedimus et confirmamus capitulo Sancti Iacobi illos CCC<sup>ro</sup> morabetinos quos dominus Adefonsus, illustrissimus rex Legionis , pater noster,

asignavit eidem capitulo annis singulis habendos in Crunia,  
et mandamus quod vicarius<sup>1</sup> suus a kalendis ianuarii<sup>2</sup>  
percipiat anuatim<sup>3</sup> omnes proventus ipsius ville et portus  
quousque sit integratus de ipsis CCC morabetinos, semper  
tamen per manum hominis nostri qui ibi fuerit, et homo  
noster nichil inde percipiat quousque vicarius capituli sit  
integratus.

Si quis igitur hoc factum nostrum infringere aut  
contrariare<sup>4</sup> presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam  
indignationem incurrat, et quantum prendiderit capitulo  
duplet<sup>5</sup> et CCC morabetinos in pena persolvat.

Facta carta Compostelle, era Ma CCC LVIa, et quotum<sup>6</sup>  
pridie nonas octobris.

---

NOTAS

<sup>1</sup>Fol. 135: vicarius.

<sup>2</sup>ID.: ianuariis y § borrada por expuntuación.

<sup>3</sup>ID.: annuatim.

<sup>4</sup>ID.: contraire.

<sup>5</sup>ID.: dupplicet.

<sup>6</sup>GONZALEZ: quot.

1219. octubre. 8. Bárcena.

Alfonso IX acota la iglesia de Canelada en favor  
del arcediano Juan Cresconiz.

Fol. 27 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 380.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX. I. pags. 194 y 558-560.

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis quod ego Adefonsus. Dei gratia Legionensis rex. incauto archidiacono domno Iohanni Cresconii illam suam ecclesiam Sancte Marie de Canelada cum sua feligresia et cum totis suis directuris. sicut eam habere debet per totos terminos suos: unde deffendo firmiter quod nullus faciat ei malum nec contrarium in illa.

Et qui inde aliud fecerit iram meam habebit. et si quid prendiderit duplabit. et mihi C morabetinos pectabit.

Datum in Varzena. VIII die octobris. era Ma CCa L septima.

1220, enero, 6. Valladolid.

Fernando III confirma el privilegio de Alfonso VII  
de abril de 1150 por el que reconocía los votos de  
Santiago en Toledo.

Fol. 91 r.- 92 r.

ED.: GONZALEZ: Fernando III. II. nº 99.<sup>1</sup>

CT.: LOPEZ FERNANDEO: H.C., V, pag. 72.

(Christus alfa et omega). Regali congruit excellencie ac consonat pietati ut, ea que religiosis personis per regiam magnificenciam conferuntur, seu per singulos Dei fideles monasteriis, ecclesiis ut<sup>e</sup> earum cultoribus erogantur, auctoritate regia et privilegi roboare confirmantur. Eapropter modernis ac posteris presentibus inotescat<sup>e</sup> quod ego Fernandus, Dei gratia rex Castelle et Tolleti, ex asensu et beneplacito domne Berengarie regine, matris mee serenissime, una cum uxore mea Beatrice regina et cum fratre meo infante domno Alfonso, facio cartam concessionis confirmationis, roborationis et stabilitatis Deo et ecclesie beati Iacobi de Compostella et vobis, domno Petro, eiusdem instanti archiepiscopo, vestrisque successoribus, necnon et toti canonicorum capitulo presenti et futuro perenniter valitum. Concedo itaque vobis hoc privilegium subscriptum

et omnia in eodem contempta", quod super votis a progenitore  
meo domno Alfonso, illustrissimo Hispaniarum imperatore bone  
memorie, sigillis eius et Roderici, tunc temporis  
archiepiscopi Toletani, tertiis Hispaniarum primatis, atque  
Bernardi, Segontini episcopi. communitum cum  
subscriptionitus baronum aliorumque curialium necnon et  
confirmationibus conciliorum, tam clericorum quam laicorum  
termini Toletani, beati apostoli memorati reperivi colatum  
et concessum misericorditer in hunc modum: (Incluye  
privilegio de Alfonso VII, 1150, abril, Toledo, no 20.)

Suprascriptum privilegium cum omnibus suis contentis  
vobis concedo, roboro et confirmo, ut illa habeatis et  
irrevocabiliter possideatis pacifice in eternum.

Si quis vero huic mee concessionis privilegio in aliquo  
voluerit contraire, iram regiam et Dei omnipotentis plenarie  
incurrat, et cum luda, Domini proditore, penas sustineat  
infernales, et dampnum quod vobis super hoc intulerit  
restituat dupplicatum.

Facta carta Vallesoleti, VIII idus Ianuarii, era Ma CC<sup>a</sup>  
La octava, anno quo ego prefatus rex Ferrandus apud  
monasterium Sancte Marie Regalis de Burgos manu propria  
accinxi me cingulo militari et postmodum dictam dominam  
Beaticem, filiam Philippi, quondam regis Romanorum, duxi  
solempniter in uxorem.

Et ego rex Fernandus, regnans in Castiella et Toletto,  
hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et  
confirmo.

Rodericus, Toletane sedis archiepiscopus, Hyspaniarum<sup>4</sup> primas, cf.

Mauricius, Burgensis episcopus, cf.- Tellius, Palentinus episcopus, cf.- Geraldus, Secobiensis episcopus, cf.- Rodericus, Segontinus episcopus, cf.- Melendus, Oxomensis episcopus, cf.- Garsias, Conchensis episcopus, cf.- Dominicus, Abulensis episcopus, cf.- Dominicus, Palentinus episcopus, cf.- Iohannes, domini regis cancellarius, abbas Vallisoleti, cf.

(Signo rodado).<sup>5</sup>

Rodericus Didaci, cf.- Alvarus Didaci, cf.- Alvarus Petri, cf.- Alffonsus Telli, cf.- Rodericus Roderici, cf.- Iohannes Goncalvi, cf.- Guilelmus Petri, cf.- Garsias Fernandi, maiordomus regine domne Berengarie, cf.- Gonçalvus Petri de Arnelis, maior merinus in Castella, cf.

Dominicus Secobiensis, iussu iamdicti cancellarii, scripsit.

---

NOTAS

<sup>4</sup> GONZALEZ da otra copia en fol. 209, pero no existe, y dice que LOPEZ FERRERIRO lo edita en H.C., IV, ap. XX, cuando el que publica es el de Alfonso VII. Cfr. otras publicaciones menos asequibles en GONZALEZ, op. cit., ibidem.

<sup>5</sup> GONZALEZ: falta ut.

1220, enero, 6. Valladolid.

Fernando III confirma el privilegio de Alfonso VII  
de abril de 1150 por el que reconocía los votos de  
Santiago en Toledo.

Fol. 91 r.- 92 r.

ED.: GONZALEZ: Fernando III, II, nº 99.<sup>1</sup>

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 72.

(Christus alfa et omega). Regali congruit excellencie ac consonat pietati ut, ea que religiosis personis per regiam magnificenciam conferuntur, seu per singulos Dei fideles monasteriis, ecclesiis ut<sup>z</sup> earum cultoribus erogantur, auctoritate regia et privilegii robore confirmantur. Eapropter modernis ac posteris presentibus inotescat<sup>z</sup> quod ego Fernandus, Dei gratia rex Castelle et Tolleti, ex asensu et beneplacito domne Berengarie regine, matris mee serenissime, una cum uxore mea Beatrice regina et cum fratre meo infante domno Alfonso, facio cartam concessionis confirmationis, roborationis et stabilitatis Deo et ecclesie beati Iacobi de Compostella et vobis, domno Petro, eiusdem instanti archiepiscopo, vestrisque successoribus, necnon et toti canonicorum capitulo presenti et futuro perhenniter valiturn. Concedo itaque vobis hoc privilegium subscriptum

et omnia in eodem contempta", quod super votis a progenitore  
meo domno Alfonso, illustrissimo Hispaniarum imperatore bone  
memorie, sigillis eius et Roderici, tunc temporis  
archiepiscopi Toletani, totius Hispaniarum primatis, atque  
Bernardi, Segontini episcopi. communitum cum  
subscriptionibus baronum aliorumque curialium necnon et  
confirmationibus conciliorum, tam clericorum quam laicorum  
termini Toletani, beati apostoli memorati reperivi colatum  
et concessum misericorditer in hunc modum: (Incluye  
privilegio de Alfonso VII, 1150, abril. Toledo, no 20.)

Suprascriptum privilegium cum omnibus suis contentis  
vobis concedo, roboro et confirmo, ut illa habeatis et  
irrevocabiliter possideatis pacifice in eternum.

Si quis vero huic mee concessionis privilegio in aliquo  
voluerit contraire, iram regiam et Dei omnipotentis plenarie  
incurrat, et cum Iuda. Domiri proditore, penas sustineat  
infernales, et dampnum quod vobis super hoc intulerit  
restituat duplicitum.

Facta carta Vallesoleti, VIII idus ianuarii, era Ma CCa  
La octava, anno quo ego prefatus rex Ferrandus apud  
monasterium Sancte Marie Regalis de Burgos manu propria  
accinxi me cingulo militari et postmodum dictam dominam  
Beatricem, filiam Philippi, quondam regis Romanorum, duxi  
solempniter in uxorem.

Et ego rex Fernandus, regnans in Castiella et Toleto,  
hanc cartam quam fieri iussi manu propria roboro et  
confirmo.

Rodericus, Toletane sedis archiepiscopus, Hispaniarum<sup>4</sup> primas, cf.

Mauricius, Burgensis episcopus, cf.- Tellius, Paientinus episcopus, cf.- Geraldus, Secobiensis episcopus, cf.- Rodericus, Segontinus episcopus, cf.- Melendus, Oxomensis episcopus, cf.- Garsias, Conchensis episcopus, cf.- Dominicus, Abulensis episcopus, cf.- Dominicus, Paientinus episcopus, cf.- Iohannes, domini regis cancellarius, abbas Vallisoleti, cf.

(Signo rodado).<sup>5</sup>

Rodericus Didaci, cf.- Alvarus Didaci, cf.- Alvarus Petri, cf.- Alffonsus Telli, cf.- Rodericus Roderici, cf.- Iohannes Goncalvi, cf.- Guilelmus Petri, cf.- Garsias Fernandi, maiordomus regine domne Berengarie, cf.- Gonçalvus Petri de Arnelis, maior merinus in Castella, cf.

Dominicus Secobiensis, iussu iamdicti cancellarii, scripsit.

---

NOTAS

<sup>4</sup>GONZALEZ da otra copia en fol. 209, pero no existe, y dice que LOPEZ FERRERIRO lo edita en H.C., IV, ap. XX, cuando el que publica es el de Alfonso VII. Cfr. otras publicaciones menos asequibles en GONZALEZ, op. cit., ibidem.

<sup>5</sup>GONZALEZ: falta ut.

\*ID.: innotescat.

\*ID.: contenta.

\*ID.: falta desde imperatore hasta Hispaniarum.

\*ID.: Hispaniarum.

\*En torno a la rueda: "Gonçalus Roderici, maiordomus curie regis, cf.- Lopus Didaci de Faro, alferiz domini regis, cf.". Signum Ferrandi, regis Castelle.

129

[1220]. junio, 14. Romariz.

Alfonso IX obliga a todos los vecinos de la tierra de Santiago a suministrar conducho al arzobispo.

Fols. 68 v. y 77 v.-73 r., en confirmacion de Alfonso X de 1252, diciembre, 3.<sup>1</sup>

ED.: LOPEZ FERREIRO: Fueros, I, pág. 152, 3a edición pág. 168., parcialmente.- GONALEZ: Alfonso IX, II, nº 637, sin fecha.

Alfonsus, Dei gratia Legionensis rex, totis hominibus de terra Sancti Iacobi qui litteras istas viderint, salutem. Sapiatis quod ego mando et teneo pro directo quod, quando archiepiscopus andaverit per terram Sancti Iacobi, homines

terre dent ei collectam sicut domino terre. Inde aliud non  
sit.

Datum in Romariz. XIII die iunii.  
-----

NOTAS

<sup>1</sup>Otra copia en Tumbillo, fol 62 v

<sup>2</sup>LOPEZ FERREIRO: Era MCCLVIII. De aqui tomamos la fecha.

130

[1220], junio, 14. Romariz.

Alfonso IX manda a los de Caldas que tengan  
heredades realengas de Santiago entren en derecho con  
su arzobispo.

Fol. 39 v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso I<sup>a</sup>. II, nº 636, sin fecha.

Adefensus. Dei gracia Legionensis rex, totis hominibus de  
Caldas qui tenent hereditates regalengas Sancti Iacobi,  
salutem. Mando vobis firmiter quod, vissi litteris istis.

intretis in directum cum archiepiscopo super ipsis  
hereditatibus per iudices et bonos homines terre<sup>1</sup>; quod si  
facere nolueritis et quod vobis mandaverint adimplere,  
sapiatis quod quantum inde postea fecerit archiepiscopus  
mihi placebit.

Datum in Romariz, XIII die iunii.

NOTAS

<sup>1</sup> GONZALEZ: falta terre.

131

1221, setiembre, 2. La Coruña.

Alfonso IX concede a la Iglesia de Santiago la  
décima parte de las viñas de Quinciana.

Fols. 174 r.-v. y 175 v.-176 r. en confirmación de Fernando  
III de 1232, febrero, 29.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 410.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs 62-63.

In Dei nomine, amen. Quoniam ea que in presenti fiunt a memoria hominum cito elabuntur, nisi scripture testimonio comendantur, scriptura enim nutrit memoriam et oblivionis incomoda procul pellit. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, notum facio omnibus tam presentibus quam et hereditario iure in perpetuum concedo Deo et ecclesie Sancti Iacobi integre et sine diminucione aliqua illas decimas de vineis quas canonici iamdicte ecclesie habent in Quinciana, que spectare dicebantur ad ecclesiam Sancti Peleggi, de illis videlicet vineis quas ibi predicti canonici propriis sumptibus excoluerunt vel excoluerint, ut eas habeant et hereditario iure in perpetuum pacifice possideant sicut illud quod melius habent et liberius possident.

Si quis igitur tam de meo genere quam de extraneo contra hanc meam donationis cartam venire aut eam infringere vel diminuere attemptaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et cum Dathan et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in inferno, et pro temerario ausu regie parti mille morabetinos persolvat, carta semper robur perpetuum obtinente.

Facta karta apud Cruniam, secunda die september, era M<sup>A</sup> CCA L<sup>A</sup> VIII<sup>I</sup>a. Regnante eodem rege domno Adefonso in Legione, Gallecia, Asturiis et in Extrematura.

(1a col.) Petro IIII. Compostellano archiepiscopo.-  
Roderico. Legionensi episcopo.- Petro, Astoricensi

episcopo.- Laurencio, Auriensi episcopo.- Martino,  
Minduniensi episcopo.- Ordonio, Lucensi episcopo.- Stephano,  
Tudensi episcopo.

(Signo rodado).<sup>1</sup>

(2a col.) Domno Alvaro Petri, vasallo regis, tenente  
Asturias.- Domno fernando Guterri, signifero regis, tenente  
Extrematuram.- Domno Fernando Fernandi, maiordomo regis.-  
Comite domno Gunzalvo, tenente Transtamaram, et domno  
Martino Sancii, tenente Limiam et Sarriam.- Domno Fernando  
Nunniz de Rodeiro, vassallo regis<sup>2</sup>.- Domno Gil Marrriquiz,  
tenente Villam Lobos<sup>3</sup>.

Domno Petro Petri, archidiacono Salamanco, tenente  
cancellariam. Michael Ruderici, scriptor regis, notuit<sup>4</sup>.

---

NOTAS

<sup>1</sup> Sigillum Adefonsi rex Legionensis.

<sup>2</sup>GONZALEZ: falta Nunniz de Rodeiro, vassallo regis.

<sup>3</sup>ID.: Lupos.

<sup>4</sup>ID.: scripsit.

Apelación al "libro" ante la curia real, por parte  
del cabildo de Santiago.

Fols. 103 v.-104 r.

ED.: LOPEZ FERREIRO: Fueros. I, pág. 184, 39 edición, pág.  
200.

Notum sit omnibus per hoc scriptum quod fuit in curia domini regis Adefonsi, regis Legionis et Gallecie, inter concilium Sancti Iacobi, ex una parte, et decanum et canonicos Compostellanos, ex altera parte, qui habebant contentionem inter se super vino canonicorum quod ipsi canonici volebant vendere. Et decanus et capitulum conquististi sunt domino regi in Sancto Iacobo de concilio quod nutiebat iustitiam super vino capituli et quod hoc facere non debebant, et decanus dixit ratiocinando quod sumpserat iam cum eis iudicium ab archiespiscopo et quod debuerat dare probas ad diem plazum, et concilium non recepit eas. Et de hoc conquistus est decanus domino regi ut faceret istud meliorari. Ad hoc respondit advocatus concilii dicens quod non cognoscebaut eis illud plazum et addidit quod non vnerunt ad istud pactum, quia habebant aliud pactum cum archiepiscopo set' petiit quod darent eis diem plazum per ad ante regem et quod tunc facerent directum capitulo de omnibus querimoniis quas de illis haberent et ipsi facerent

eis similiter. Tunc dominus rex assignavit eis diem et mandavit concilio quod darent personarium et concilium dedit personarium Pelagium Garsie. Decanus et canonici dixerunt quod suus canonicus qui ferret litteras capituli sigillatas esset suus personarius; et ad diem plazum venerunt personarii sicut fuit positum. Et personarius canonicorum fuit Iohannes Iohannis, canonicus, et advocatus eorum Petrus Oduarri, canonicus, qui dixerunt quod istud pactum de vino fuerat iam incepsum coram domino archiepiscopo et quod voletabant reverti ad iudicium archiepiscopi ubi pactum incepsum fuerat. si rex pro directo istud viderit. Ad hoc respondit advocatus concilii dicens quod decanus et canonici in presentia regis et archiepiscopi possuerunt cum concilio statutam diem in qua convenirent ante dominum regem et posuerant suos personarios in facie et in presencia utriusque partis ut reciperent directum et darent directum ad invicem. Et addidit quod ideo non tenebantur reverti ad iudicium archiepiscopi. set tenebantur ferre iudicium a domino rege eo quod pactum per regem processerit et quia etiam ratio illa non fuerat proposita in Sancto Iacobo. Et tunc dominus rex iudicavit cum sua curia quod ab eo ferrent iudicium. Tunc Petrus Oduarri dicens se esse gravatum appellavit ad librum. Et datum est eis plazum de prima die lune marci ad XXX<sup>tertia</sup> dies per ad ante librum.

Facta carta in Crunia, VII<sup>a</sup> die marci, era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup> LXI<sup>a</sup>.

NOTAS

<sup>1</sup>GONZALEZ: sed.

<sup>2</sup>ID.: episcopi.

<sup>3</sup>ID.: statutum.

<sup>4</sup>ID.: triginta.

133

1223, diciembre, 15.

Alfonso IX da a la catedral de Santiago una plaza  
en Toro y unas viñas.

Fols. 27 v.-28 r.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 436

REG.: VAZQUEZ MARTINEZ: Fuentes III, pág. 39.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 72-73.

In Dei nomine. Notum sit omnibus tan<sup>z</sup> presentibus quam  
futuris presentem paginam inspecturis quod XXX ego  
Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallecie, cum consensu  
filiarum mearum infancium domne Sancie et domne Dulcie do et  
in perpetuum hereditario iure concedo Deo et capitulo beati

Iacobi illam meam plagam que est circa meas casas de Tauro et que iacet circa eas inmediate<sup>m</sup>, ut edificant et faciant ibi casas et ecclesiam et quicquid ibi facere voluerint canonici beati Iacobi tan<sup>m</sup> presentes quam futuri. De eis etiam illam meam terram que est circa meas vineas de Tauro ut plantent et faciant ibi vineas quantas facere voluerint et potuerint idem<sup>m</sup> canonici, et ut habeat<sup>m</sup> et imperpetuum hereditario iure possideat<sup>m</sup> ipsum capitulum quantum de ipsa mea terra plantaverit<sup>m</sup> et plantare voluerit<sup>m</sup>. Hoc autem facio ob remedium anime mee et parentum meorum, et ut in die obitus mei usque in finem seculi pro mea anima ipsum capitulum aniversarium faciat annuatim.

Si quis autem tam de mea parte quam de extranea contra hanc meam donacionis cartam venire presumpserit vel eam infringere attemtaverit<sup>m</sup>, iram Dei omnipotentis et regiam indignacionem incurrat et cum Iuda. Domini traditore, et cum Datan et Abiron, quos vivos terra obsorbuit, penas luat perpetuas in infernum, et quantum invaserit in duplum restituat, et pro ausu temerario regie parti mille morabetinos auri purissimi persolvat in penam, carta semper in suo robore permanente.

Ego Adefonsus. Dei gratia rex Legionis et Gallecie, hanc cartam quam fieri iussi sigili<sup>m</sup> mei apposizione roboro et confirmo.

Facta carta era Ma CC LXI, XV die decembris.

(1<sup>a</sup> col.) Petro quarto, existente Compostellano archiepiscopo.- Iohanne Ovetensi episcopo.- Roderico,

Legionensi episcopo.- Petro, Astoricensi episcopo.- Martino  
IIº, Cemorense episcopo.- Gundisalvo, Salamantino episcop.-  
Lumbardo. Civitatensi episcopo.- Giraldo, Cauriensi  
episcopo.- Ordonio, Lucensi episcopo.- Laurencio, Auriensi  
episcopo.- Stepharo, Tudensi episcopo.- Martino, Mindoniensi  
episcopo.

(Signo sin rodar)<sup>13</sup>.

(2ª col.) Infante domno Petro, tenente Legionem et  
Asturias, Extrematuram et Transserram.- Domno Martino  
Sancii, tenente Limiam, Sarriam, Toronium et Montem Rosum.-  
Domno Roderico Gomez, tenente Trastamar et Montem Nigrum.-  
Domno Fernando Goterri, tenente perticam Sancti Iacobi.-  
Domno Iohane Arie de Revreda, tenente maiordomaticum<sup>14</sup> de  
infante domno Petro.- Domno Petro Fernandi de Tedra,  
signifero regis.- Domno Alvaro Roderici, tenente Transserram  
de manu infantis.- Domno Roderico Fernandi de Valeornie,  
tenente Astoricam et Beneventum.

Iordannus, canonicus Compostellanus, scriptor regis,  
scripsit. Magistro Bernaldo, decano Compostellano existente  
cancellario domini regis. Magister Martinus,  
vicecancellarius.<sup>15</sup>

---

NOTAS

<sup>13</sup>Original en SANTIAGO, A.C., carpeta 2/7.

<sup>2</sup>GONZALEZ: tam.

<sup>3</sup>ID.: medietate.

<sup>4</sup>ID.: tam.

<sup>5</sup>ID.; idem.

<sup>6</sup>ID.: habeant.

<sup>7</sup>ID.: in perpetuum.

<sup>8</sup>ID.: possideant.

<sup>9</sup>ID.: plantaverint.

<sup>10</sup>ID.: voluerint.

<sup>11</sup>ID.: attemptaverit.

<sup>12</sup>ID.: sigilli.

<sup>13</sup>Aparece el león rodeado por un círculo, pero sin leyenda.

Por la estructura del documento nos inclinamos por creer se trata de un privilegio signado.

<sup>14</sup>GONZALEZ: maiordomatum.

<sup>15</sup>Repite, aunque con algunas omisiones, toda la linea de cancillería.

1224, abril, 24. Toro.

Alfonso reitera la donación de una plaza en Toro,  
a la catedral de Santiago, realizada el 15 de  
diciembre de 1223.

Fol. 80 r.-v., en confirmación de Fernando III de 1232,  
febrero. 29.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 441.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 72.

In Dei nomine<sup>1</sup>. Quoniam ea que in presenti fiunt cito a memoria elabuntur nisi in scriptis redigantur, scriptura enim nutrit memoriam et oblivionis incommoda procul pellit. Idcirco ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, notum fieri volo omnibus tam presentibus quam futuris per hoc scriptum perpetuo valitrum, quod ego, una cum consensu filiarum mearum infantis domne Sancie et infantis domne Dulcie, do et in perpetuum hereditario iure concedo Deo et capitulo beati Iacobi illam meam plazam que est circa meas casas de Tauro et que iacet circa eas inmediate<sup>2</sup>, ut edificant et faciant ibi casas et ecclesiam et quicquid ibi facere voluerint canonici beati Iacobi tam presentes quam etiam futuri. Do eis etiam illam meam terram que est circa meas vineas de Tauro ut plantent et faciant ibi vineas quantas facere voluerint et potuerint idem canonici. et ut in perpetuum iure hereditario habeant et possideant quantum de ipsa terra plantaverint et plantare voluerint. Hoc autem facio ob remedium anime mee et parentum meorum, et ut inde<sup>3</sup> obitus mei usque in finem seculi idem capitulum Compostellanum pro anima mea faciat anniversarium annuatim.

Si quis igitur ta<sup>o</sup> de mea parte quam de extranea contra hanc meam deacionis cartam venire presumpserit vel eam temerario ausu infringere attemtaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignacionem incurrat et cum Iuda, Domini traditore, et cum Data et Abiron, quos vivos terra absorbuit, penas luat perpetuas in infernum, et quantum invaserit in duplum restituat, et regie parti mille morabetinos in penam persolvat, carta semper in suo robore permanente.

Facta carta apud Taurum, XXIIII die aprilis. era Ma CCa LX<sup>a</sup> secunda.

-----  
NOTAS

<sup>1</sup>GONZALEZ: falta In Dei nomine.

<sup>2</sup>ID.: medietate.

<sup>3</sup>ID.: in die

<sup>4</sup>ID.: tam.

1225. marzo, 26. Letrán.

Honorio III confirma todas las posesiones y  
prerrogativas de la Iglesia de Santiago.

Fols. 249 v.- 251 v.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pág. 123.

Honorius episcopus. servus servorum Dei. Venerabili  
fratri Bernaldo, Compostellano archiepiscopo. eiusque  
successoribus canonice substituendis, in perpetuum. In  
eminenti apostolice sedis specula, disponente Domino.  
constituti fratres nostros episcopos ex injuncto nobis  
apostolatus officio fraterna caritate diligere et ecclesiis  
sibi a Deo concessis, suam debemus dignitatem et iusticiam  
conservari. Eapropter venerabilis in Christo frater  
Bernalde, archiepiscope, rationabilibus tuis postulationibus  
gratum in pertinentes assensum, ad exemplar felicis memorie,  
Calixti, Anastasii et Alexandri. predecessorum nostrorum.  
Romanorum pontificum, sanctam Compostellanam beati Iacobi  
ecclesiam, cuius in ea venerandissimum corpus est positum.  
apostolice sedis privilegio communimus et ob ipsius a Deo  
electi apostoli reverentiam archiepiscopalis cathedre  
dignitatem, quam opulentissima quondam et famosi nominis

Emeritana civitas, priusquam peccatis exigentibus ab impia  
sarracencrum tirampnide possideretur, habuisse dinoscitur,  
presentis scripti pagina in perpetuum confirmamus,  
statuentes ut eadem Emeritana civitas, Compostellana  
civitati sicut sue metropoli perpetuis maneat subiecta  
temporibus. Omnem quoque pontificalis officii plenitudinem  
quam ipsius Emeritane ecclesie antistites antiquitus  
habuerunt, Compostellane presul ecclesie integre semper  
quieteque obtineat, suffraganei vero episcopi Emeritane  
metropolis, qui per Lusitaniam provinciam vel modo sedes  
proprias obtineat vel in futurum, Domino miserante.  
obtinuerant, Salmanticensis videlicet Abulensis, Cauriensis,  
Civitatensis, Elborensis, Placentina, Olixbonensis,  
Oxonobensis et ceteri qui eidem Emerite olim subiecti  
fuisse noscuntur. Compostellano archiepiscopo, cuius  
consecratio ad Romanam tantum spectat ecclesiam obedienciam  
et reverenciam, tamquam proprio metropolitano, prorsus  
exhibeant. Ipse autem illos consecrandi, ad sua concilia  
convocandi, cum ipsis etiam ecclesiastica negotia terminandi  
et eorum ecclesias disponendi auctoritate sedis apostolice  
liberam omnino habeat facultatem. Ad hec predecessorum  
nostrorum sancte recordacionis Eugenii pape, predicti  
Anastasii, vestigiis inherentes, ad maiorem ipsius ecclesie  
dignitatem et persone reverenciam vexillum vivifice crucis  
per subditam tibi provinciam ante te deferendi tam tibi quam  
tuis successoribus ex apostolice sedis benignitate licenciam  
indulgemus, ita tamen ut quamdiu sedis apostolice legatus in

provincia illa fuerit minime (sic) hac dignitate utamini.

Prohibemus autem ut nulli canonicorum eiusdem ecclesie beati Iacobi, qui ad aliarum ecclesiarum prelationem assumpti sunt vel in posterum assumentur, honorem vel prebendam seu canonicatum ut ipsa ecclesia liceat retinere, sed alia idonea persona in loco ipsius subrogetur, que ipsi ecclesie deserviat et beneficium eius percipiat. Illum etiam censum, qui vota dicitur, quem Hyspanorum catholici reges ex singulis boum paribus a flumine Pisorga usque ad mare occidentale per totam Lusitaniam provinciam atque etiam Toletu et Trasserau annuatim persolvendum pro salute tocius terre statuerunt, eidem ecclesie confirmamus et omnimodo interdicimus, ut nulli umquam persone facultas sit eum ipsi ecclesie qualibet occasione subtrahere. Annuimus etiam et presentis pagee assrcione statuimus ut sicut Compostellana ecclesia pro singulari beati Iacobi devocione sedis apostolice se letatur protectione muniri, sic et cetere sue iuris ecclesie per diversas parrochias constitute que fidelium donacionibus vel aliis iustis acquisitionibus ad prefatam videntur ecclesiam pertinere apostolica se letentur tuicie foveri, ita ut nec episcopis nec episcoporum ministris facultas sit in eisdem ecclesiis quaslibet novas imponere consuetudines nec ipsarum clericos excommunicare vel ecclesias ipsas interdicere absque tua examinacione et certioris culpe cognicione, sed in tuo et ecclesie Compostellane domino integre et quiete permaneant sicut predecessor tuo bone memore, Didaco, Compostellano

archiepiscopo, a predecessore nostro pie recordacionis papa Paschali, concessum est et hactenus observatum. Obeunte vero te nunc eiusdem loci archiepiscopo vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia seu violentia preponatur nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris secundum Deum providerit eligendum. Preterea quascumque possessiones quecumque bona eadem Compostellana ecclesia impresentiarum iuste et canonice possidet, aut in futurum concessionem pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis prestante Domino, adipisci, firma tui tuisque successoribus et illibata permaneant, in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: civitatem ipsam Compostellam, cum cauto suo, cum ecclesiis et monasteriis infra eam vel eius territorium constitutis, cum omni iure tam diocesano quam regali et cum terminis totius episcopatus; videlicet, cum archipresbiteratibus de Morracio et de inter Ambos Pontes, de Montibus utrisque, de Taberiolis, de Ciria, de Pilonio et de Insula Laonii, de utroque Coronato, de Dormiana et Superaddo et Aranga et Monte Iauriro, quomodo dividit cum Parrega, de Pruciis, et de Bisanciis, cum tota interiacente diocesi a castello Sancti Pellagi de Luto usque ad Trasancos, monasteria quoque omnis et conventuales seu alias ecclesias infra hos fines constitutas, cum omni iure parochiali, et que intra regalia beati Iacobi continentur, cum omni seu patronatus seu alio iure, quod ad reges pertinuit; videlicet,

monasterium Sancti Pelagii de Antealtare, monasterium Sancti Martini de Foris, ecclesiam beate Marie de Sare, monasterium Sancte Marie de Canogiu, monasterium Sancti Petri de Foris, monasterium Sancti Iusti in Luania, monasterium de Superaddo, de Azivario, de Codeseda, de Mosoncio, de Ciniis, de Montefero, de Burgorde, de Nugario, de Solandres, de Calavario, de Siavia, de Rivomalo, de Moyrame, de Ozon, de Savarde, Portu Orii, Nomitii, de Cercio, de Briviis, de Meenens, de Dormiana, de Calago, de Podio, de Lerce, de Armenteyra, de Archos, et monasterium Sancti Iohannis de Cavea, Sancti Christofori, Sancti Veriximi, Sancti Georgii, Sancti Thome de Pinario et Sancti Iacobi de Rinello. Preterea regalem capellaniam et chancellariam, quam bone memorie Alfonsus, illustris quondam Yspanie rex, ecclesie vestre concessit et scripti sui pagina confirmavit; castrum quoque quod vocatur Honestum, et Iriam, cum servis et omnibus appendiciis suis; castrum quod vocatur Sancta Maria de Lanceata, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod vocatur Ciria, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Citofacta, cum ecclesiis et omnibus pertinenciis suis; castrum quod dicitur Cotobadi, cum pertinenciis suis; castrum quod dicitur Lupparia, cum ecclesiis et pertinenciis suis; territorium quod vocatur Amaea, cum omnibus possessionibus quas ibi habetis; Pistomarchos, cum servis et possessionibus quas in eo habetis; Bisecium, cum servis quos ibi habetis; Lalias, cum pertinenciis suis; Lucrosam, cum servis et pertinenciis

suis: Montanos, cum ecclesiis et possessionibus quas ibi  
habetis: Coronatum, cum possessionibus quas ibi habetis;  
Ventosam, cum Insula de Laonio; Montes quos Suarius Freyle  
quandoque a nostra ecclesia tenuit, cum altera medietate,  
**integros**: Taveriolos, cum ecclesiis et possessionibus quas  
ibi habetis; Ripam Ulie, cum ecclesiis et possessionibus  
quas ibi habetis: Deciam, cum possessionibus et ecclesiis  
regalibus et omnibus pertinenciis suis; medietatem burgi de  
Faro, cum pedagio navium et iuri fisci: villas de Seia,  
Nemancos et de Oca, in Bracantinis, de Leilolio in Seia, de  
Avegondo, Piavella, Degio, Liuvre et de Rivas in Nendis, de  
Toovre in Pruciis, cum cautis, ecclesiis et pertinenciis  
suis: castellum Sancti Pellagri de Luto et castrum Daravon  
et terram de Superaddo, cum pertinenciis suis: et terram de  
Aveanco et monasterium Sancti Laurencii de Carbonario, in  
Decia, et alias ecclesias seu possessiones quas iure  
proprietas extra fines regalium vestrorum per eundem  
episcopatum habetis. In episcopatu quoque Minduniensi,  
villas Sancti Martini de Palaciis, Sancte Eulalie Alte,  
Sancti Martini de Rivo Adverso, Sancti Laurencii de Arbore  
Sancte Marie de Villa Petri, in episcopatu Lucensi, villas  
de Recelli et de Cesa. In episcopatu Auriensi, villas de  
Amarante, de Iovin et de Vite et de Villari Regis et  
medietatem Souti de Parata. In episcopatu Tudensi, caustum  
quod dicitur de Mollis et monasterium de Cella et villas de  
Lazoiro, Baldranes et Lamamala et Nugaria. In episcopatu  
Bracharense villas de Corneliana et Moachin et Gandofi. In

episcopatu Colimbriensi ecclesiam Sancti Iacobi de Colimbría.  
In Valle Carceris. hospitale quod dicitur Anglorum. cum  
ecclesia sua. et aliam ecclesiam que tempore ex eadem parte  
superiacet. et villas de Tabladelo et de Parata. In  
episcopatu Astoricensi villas de Cacabeilis. de Carvalial et  
ecclesia Sancti Iacobi in Requeixo de Sanabria. In  
episcopatu Legionensi. villam de Ledigos et partem ville de  
Furones. cum iure quod habetis in ecclesia; et duas villas  
in ripa Estolle quarum una dicitur Piscaria. In episcopatu  
Palentino. ecclesiam Sancti Michaelis de Valovia. in villa  
Quexita ambas ecclesias. In Benevento ecclesiam Sancte Marie  
de Ventosa et villas quas habetis in episcopatu Ovetensi. in  
episcopatu Zamorensi. villas de Arquilinis et de Archos et  
ecclesiam Sancti Iacobi de Zamora. in episcopatu Salamantino  
villas de Palaciis et de Aldeola et de Munio Aznar. et in  
Ecla quadrelam que dicitur Sancti Iacobi. cum ecclesia  
exteriori. et ecclesiam Sancti Martini de Ledesma. Predictas  
omnes villas in omnibus predictis episcopatibus confirmamus  
vobis cum cunctis ecclesiis et omnibus pertinenciis suis et  
cum aliis vel ecclesiis vel possessionibus quas in eislem  
episcopatibus habetis. In Vasconia quoque. in episcopatu  
Baionensi. decimam pedagiorum Sancti Iohannis et  
Hestevallis. cum iure quod habetis in ecclesia Sancti  
Vincenciis (sic) de Pedemontis. In episcopatu Aquensi.  
censum de Polion et ecclesiam. In episcopatu Vasatensi.  
censum de Argenton et ecclesiam. In episcopatu Agennesi.  
ecclesias de Altiges et de Pinufontana. cum ipsa villa. et

de Nitalt et ius quod habetis in ecclesia de Fulsane, cum censum casalium, et ad pontem de Ortica ecclesiam cum domo hospitali. In episcopatu Auxitanensi ecclesias de Vivente et de Fleyrane et de Magniale, cum censo turris et exteriorum casalium et Monte Alteto, cum ipsa villa et censu casalium, et de Podio Marciani, cum censu exteriorum casalium et de Masatione, cum ipsa villa et censu exteriori, et censum de Albineto, Iusticiam et censum de Monte Squive et de insula G. de Arbexan, cum casali de Pede Pontis Veteris, cum homine suo; censum Montis Casiri et ecclesiam cum hospitali exteriori: ecclesiam de Aquis; et in Gundri censum turris et ville, in epicopatu Toiesane, villas duas quarum utraque Salvitas Sancti Iacobi dicitur, cum ecclesiis suis, una in ripa fluminis Garone, altera in strata auxia burgum Legabin, et quascumque alias ecclesias vel possessiones in predictis episcopatibus habetis. In Italia quoque: in episcopatu Vercellensi hospitale de Cansino, cum ecclesia et villa et omnibus pertinenciis suis; in Mortario casae unum cum suis pertinenciis. In episcopatu Cremonensi hospitale de Casai Maiori cum fratriaria. In episcopatu Ferrariensi ecclesiam Sancti Iacobi de Perroto, cum hospitali et pertinenciis. In episcopatu Bononiensi hospitale de Unciola. In episcopatu Calmensi hospitali quod est ad Baineas Ciliciensis. In episcopatu Barensi medio ad urbe Millario, ecclesiam Sancti Mathei cum suis pertinenciis. In episcopatu Panormitaro ecclesiam de Brucar, cum hospitali suo et quascumque alias possessiones vel ecclesias per diversos episcopatus habetis.

Decernimus ergo ut nulli omnino hominum fas sit prefatam ecclesiam temere perturbare aut eius possesiones auferre vobis ablatas retinere minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare sed omnia integra conserventur eorum pro querum gubernacione ac sustentacione concessa sunt usibus omnimodis profutura salva in omnibus apostolice sedis auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica iusticia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit secundo terciove communita nisi reatum suum digna satisfactione correxerit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine Dei et Domini redemptoris nostri Ihesu Christi aliena fiat atque in extremo examine divine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem sua iura servantibus sit pax Domini nostri Ihesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen, amen.

(R.)<sup>1</sup> Ego Honorius. catholice ecclesie episcope. ss.

(BN.)

(1a col.) Ego Pelagius. Albanensis episcopus. ss.- Ego Nicholaus. Tusculanus episcopus. ss.- Ego Guido. Prenestinus episcopus. ss.

(2a col.) Ego Gualus. Sancti Martini presbiter cardinalis. tituli Equiti. ss.- Ego Stephanus. basilice duodecim Apostolorum presbiter cardinalis. ss.- Ego Thomas.

tituli Sancte Sabine, presbiter cardinalis, ss.- Ego  
Iohannes, tituli Sancte Praxedes, presbiter cardinalis, ss.-  
Ego . Sanctorum Sergii et Bachii, diaconus cardinalis.  
ss.- Ego Gregorius, Sancti Theodori diaconus cardinalis,  
ss.- Ego Stephanus, Sancti Adriani diaconus cardinalis, ss.-  
Ego Petrus, Sancti Georgii ad Vulum Aureum, diaconus  
cardinalis, ss.

Datum Laterani per manum magistri Guidonis, domini pape  
notarii, VII Kalendas Aprilis, indictione XIII,  
Incarnationis Dominice anno Mo CCQ XXQ VQ. pontificatus vero  
domini Honorii pape III anno nono.

---

NOTAS

'Perfice gressus meos in semitis tuis. Sanctus Petrus,  
sanctus Paulus. Honorius pape III.

136

1225, mayo, 3. Santiago.

Alfonso IX ordena que los hombres de Bama den al  
arzobispo de Santiago los mismo foros de fruta que de  
pan.

Fols. 26 v. y 77 v.-78 r., en confirmacion de Alfonso X de  
1252, diciembre, 3.<sup>1</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX., II, nº 454.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs 123-124.- GONZALEZ:  
Alfonso IX., I, pág. 279.

Alfonsus, Dei gratia rex Legionis, totis qui litteras  
istas viderint, salutem. Sapiatis quod ego mando per  
iudicium quod homines de Vama dent archiepiscopo  
Compostellano tale forum de fructa quale debent ei dare de  
pane et de illis terris regaliengis de quibus debent ei dare  
forum de pane in villa de Castro et de Vamella, et in aliis  
villis, et de quibus non debent ei dare de pane non dent  
illi de fructa.

Datum in Sancto Iacobo, III<sup>o</sup> die maii, era Ma CC<sup>a</sup> LXIII.

---

NOTAS

<sup>1</sup> Otra copia en Tumbilla, fol. 62 v.

1227, enero, 23. Santiago.

Alfonso IX ampara al maestro Fruela, canonigo de Santiago, y sus propiedades.

Fol. 57 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 498.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 201 y 364.- RODRIGUEZ FIGUEIREDO: Alfonso IX, pag. 237.

Adefonsus, Dei gratia Legionensis rex, totis de regno meo qui litteras istas viderint, salutem. Sapiatis quod ego recipio in mea guarda et commenda magistrum Froylam, canonicum Compostellatum, et totas suas causas et specialiter recipio in commenda et guarda suum cauto de Sancto Thoma de Ovra. Et defendo firmiter et incauto quod nullus sit ausus facere malum vel contrarium in ipso suo cauto, nec curtet ibi madeyram nec genestas nec alia ligna. Et qui inde aliud fecerit iram meam habebit et quantum ei prendiderit duplavit, et mihi mille morabetinos pectabit. Et mando quod toti illi qui dicunt se habere hereditates in ipso suo cauto, si non moraverint illas, de cetero non habeant eas nec fructus earum, et ipse magister Froyla tomet eas et det illas aliis populatoribus qui populent ibi. Et ut

hec omnia compleantur, sicut ego mando, de istam commendam  
domino Fernando Suariz Troco quon amparet eam et defendat de  
mea parte et faciat totum istud compleri. Unde aliud non  
faciat. si me amat.

Datum apud Sanctum Iacobum, XXIII die januarii, era M  
CC<sup>a</sup> LXVa.

138

1227, febrero, 6. Palas de Rey.

Alfonso IX confirma la acotacion de Miroy y Peña  
hecha por Alfonso VII a Alonso Ansua.

Fol. 5 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 499.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX, I, pág. 201.

Notum sit omnibus hominibus per hanc cartam quod ego  
Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et Gallicie, concedo et  
confirmo cartam incautationis quam avus meus dominus  
imperator concessit Alonso Ansua de villa de Miroy et de  
Penna, quam cartam ego vidi et diligenter inspexi.

Si quis igitur han mee concessionis et confirmacionis

cartam infringere attentaverit, iram Dei omnipotentis et regiam indignacionem incurrat, et quantum prendiderit duplet, et regie parti in penam mille marchas argenti in penam exsolvat, pena soluta, carta nichilominus suo robore permanente.

Facta carta apud Palas de Rey, VI die februarii, era Ma  
CC LXV.

139

1227. mayo. 1. Cubillos.

Alfonso IX ampara el hospital de Santiago.

Fols. 158 v.-159 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 508

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 103-104.- LACARRA:  
Peregrinaciones. I, págs. 308-309.

[Adefonsus], Dei gratia Legionensis rex, vobis Ruderico Iohannis et Martino Pelagii, hominibus meis, salutem et gratiam. Sapiatis quod ego teneo in mea guarda et in mea comenda hospitali beati Iacobi et totas suas hereditates et quantum in toto meo regno habet. Et defendo firmiter et

incauto quod nullus sit ausus facere ibi malum vel tortum.  
et qui inde aliud fecerit. iram meam habebit. et quantum  
inde prendiderit duplabit et michi vel vobis pectabit. Et  
mando vobis et aliis meis hominibus qui in istis terris. in  
quibus loci ambulatis. ambulaverint. quod teneatis in guarda  
et in comenda de mea parte hospitale ipsum. et quantum in  
ipsis terris habet. et non sufferatis homini de tota terra  
quod faciat ibi forciam sive tortum. Unde aliud non  
ficiatis. sin autem ad vos me tornabo proinde.

acta karta apud Cubelos. kalendis maii. era M<sup>u</sup> CC<sup>o</sup> L<sup>v</sup>.

140

1227. julio. 28. Ciudad Rodrigo.

Alfonso IX confirma a la Iglesia de Santiago la  
cotación e Arcos y Arquillinos hecha por él mismo el  
17 de julio de 1216.

Fol. 115 r.-v.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 312.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX. I. pág. 202.

In nomine Domini. amen. Quoniam cera res est tam fragilis

quam putribilis. Iccirco ego Adefonsus. Dei gratia rex Legionis et Galiecie<sup>i</sup>, instrumentum cautacionis villarum de Arcos et de Arquilineo. Olim domino Petro filio bene memorie, archiepiscopo Compostellano, et successoribus suis a me sub sigillo cereo facte, innovans et confirmans, ad perpetuam rei memoriam et ut cautatio ipsa robur obtineat perpetue firmitatis et confirmationis sub bulla plumbea feci de verbo ad verbum presentibus annotari. tenor autem ipsius instrumenti est iste: (Incluye, con ligeras variantes, el documento confirmado, nº 119.)

Nulli igitur omnino hominum liceat<sup>a</sup> hanc mee innovationis et confirmationis cartam infringere vel ei ausu temerario contraire. quod qui presumpserit, iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat et quantum invaserit<sup>b</sup> duplo componat, et pro ausu temerario supradictam penam duorum milium morabetinorum mihi et archiepiscopo Compostellano per medium exsolvat.

Facta carta innovationis apud Civitatem Roderici. XXVIII die iulii, era Ma CCa LXV<sup>a</sup>.

(1a col.) Bernaldo, existente Compostellano archiepiscopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Ruderico, Legionensi episcopo.- Martino II, Zamorensi episcopo.- Nunione, Astoricensi episcopo.- Laurencio, Auriensi episcopo.- Michaele, Lucensi episcopo.- Stephano, Tudensi episcopo.- Martino, Minduniensi episcopo.

(2a col.) Infante domino Petro, existente maiordomo domini regis, tenente Legionem, Taurum, Zamoram, Extrematuram et

Transserram.- Domno Martino Sancii, signifero domini regis.  
tenente Limiam, Sarriam et Toronium.- Domno Fernando  
Guterriz, tenente perticam Sancti Iacobi.- Domno Ruderico  
Gomez, vassallo domini regis, tenente Montem Rosum, Montem  
Nigrum et Trastamaro.- Domno Ruderico Fernandi de Valdornia,  
vassallo domini regis, tenente Astoricam, Maioricam et  
Beneventum.- Domno Alvaro Ruderici, vassallo domini regis,  
tenente Infantaticum.

Domno Petro Petri, magistroscolarum Auriensi, canonico  
Compostellano, existente cancellario domini regis. Martinus  
Fernandi, domini regis scriptor, scripsit.

---

NOTAS

\* GONZALEZ: Falta desde cera hasta Galleciis.

\* ID.: Falta desde robur hasta iste.

\* La única variante importante es la fecha. aquí XV die  
julii.

\* GONZALEZ: Falta desde igitur hasta liceat.

\* ID.: Falta desde infringere hasta invacerit.

\* ID.: Trastamarum.

[1227], agosto, 17. Aliani.

Gregorio IX permite a arzobispo de Santiago  
embargar las tierras propias de la mitra para  
sufragar los gastos que Alfonso IX tenía con motivo  
de la reconquista.

Fol. 186 r.

ED.: FLORIANO: Historia de Cáceres, I, págs. 195-196.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 136-137.- GONZALEZ:  
Alfonso IX, I, pág. 202.- ID.: Fernando III, I, págs 211 y  
501, dándole el fol. 136.

Gregorius episcopus, servus servorum Dei. Venerabili  
fratri archiepiscopo Compostellano, salutem et apostolicam  
benedictionem. Ex parte tua fuit nobis humiliter supplicatum  
ut, cum in iuramento a te in palei recepcione prestito  
contineatur expressum, quod non impignoretis possessiones  
spectantes<sup>2</sup> ad mensam, et in expedicione, quam regi opportet  
te facere, necesse habetas multarum subire onera expensarum,  
quod fieri absque possessionum impignoracione non potest.  
pro necessitate huiusmodi tibi preberemus licenciam de bonis  
ad mensam<sup>3</sup> spectantibus obligandi<sup>4</sup>, cum, vel non serviendo  
regi amictores regalis in quibus ecclesia tua enormiter  
lederetur, vel hoc consueto modo et debito faciendo

possessionum obligacionem non poteritis evitare. Nos autem supplicationibus tuis, quantum cum Deo possumus, annuere cupientes faciendi expensas<sup>\*</sup> super fructibus possessionum ipsarum, pro necessitate predicta, fraternitati tue auctoritate presencium, concedimus facultatem. Nulli ergo hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc atemptare presumpserit, indignacionem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum<sup>\*\*</sup>.

Datum Agnanie, XVI kalendas septembris, pontificatus nostri anno primo.

---

NOTAS

\*FLORIANO: expresum.

\*\*ID.: expectantes.

\*\*\*ID.: mensam.

\*\*\*\*ID.: obliganti.

\*\*\*\*\*ID.: expensa.

\*\*\*\*\*ID.: homini.

\*\*\*\*\*ID.: incursum.

1228. febrero, 5. Salamanca.

Alfonso IX promulga una constitución del concilio de Salamanca en favor de los peregrinos.

Fol. 41 r.-v.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. ap. XV.- HINOJOSA: Documentos, nº LXXX.- GONZALEZ: Alfonso IX, II, nº 519.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V. págs 109 y 134.- MILLARES: Cancilleria, pág. 242.- LACARRA: Peregrinaciones, I, pág. 273 y II, pág. 460.- GONZALEZ: Alfonso IX, I, págs. 203. 442-443 y 50<sup>a</sup> - ID.: Fernando III, I, pag. 216.- MANSILLA: Iglesia, pág. 48.- DEFOURNEAUX: Les irangais, pág. 111, con fecha 1225.- LINEHAN: La iglesia, pag. 20.

Adefonsus, Dei gratia Legionensis' rex, universis ad quos littere iste pervenerint, salutem et gratiam. Quemadmodum regiam condecet maiestatem honestas et bonas sui regni consuetudines confovare, ita inhonestas et precipue, que contra Deum et iustitiam esse dignoscuntur, teneatur regalis providentis sublimitas extirpare. Inde eset quod, ad instanciam et petitionem reverendi<sup>o</sup> (sic) patris domini Iohannis, Dei gratia Sabinensis episcopi et apostolice sedis

legati. nos Adefonsus. eadem gratia rex Legionis et  
Gallecie. constituimus et firmiter per totum regnum nostrum  
quasi legem precipimus observari<sup>nt</sup>. ut peregrinis limina  
gloriosissimi apostoli Iacobi. vel Sancti Salvatoris in  
Asturiis. vel ciuscumque<sup>nt</sup> sancti oratorium visitantibus.  
licitum sit et liberum de omnibus rebus suis secundum  
propriam statuere voluntatem<sup>nt</sup>. et testamenta ipsorum sive  
verbo sive scriptura<sup>nt</sup> confecta omnimodam obtineant  
firmitatem. Si vero morte preventi intestati decesserint.  
socii sui<sup>nt</sup> de terra sua presentes in morte ipsorum bona  
defunctorum integre recipient. iuramento prestito quod ea  
illic<sup>e</sup> fideliter restituant. qui succedere debuerint ipsis  
defunctis. Alioquin omnia bona ipsorum defunctorum per  
arbitrium episcopi diocessani illius loci in quo decesserint  
usque ad annum conserventur. ut si forte infra anni circulum  
venerint illi vel ille quibus vel cui ipsorum bonorum ab  
intestato est successio deferenda. eis. vel ei fiat bonorum  
restitutio eorumdem. Anno II<sup>m</sup> elapso. si nullus comparuerit  
qui competit ab intestato successio. episcopus diocesanus.  
Deum habens pre occulis. ob remedium defunctorum  
peregrinorum. ipsorum bonorum talem faciat<sup>nt</sup> distributionem.  
videlicet. ut terciam partem ecclesie et clericis eiusdem in  
qua sepulturam habuerint peregrini. et alias duas tercias in  
usus frontarie contra mauros assignet.

Precipimus quoque omnibus iusticiariis nostris ut hanc  
constitutionem sive legem a nobis editam observent et  
faciant firmiter perpetuis temporibus observari.

Hec autem acta sunt apud Salamanticam, presentibus,  
consentientibus et approbantibus venerabilibus patribus  
Bernaldo, archiepiscopo Compostellano<sup>\*\*</sup>, et universis  
episcopis regni nostri ibidem<sup>\*\*</sup> a predicto domino legato ad  
concilium convocatis, necnon et baronibus regni nostri, anno  
Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> XXVIII<sup>o</sup><sup>\*\*</sup>, in festo beate Agathe virginis.  
mense februarii.

---

NOTAS

<sup>1</sup> LOPEZ FERREIRO, HINOJOSA y GONZALEZ: Legionis.

<sup>2</sup> ID., ID.: reverendi.

<sup>3</sup> HINOJOSA: observare.

<sup>4</sup> ID.: cuiusquam.

<sup>5</sup> ID.: voluntate.

<sup>6</sup> ID., LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: scripto.

<sup>7</sup> ID., ID., ID.: falta gui.

<sup>8</sup> ID., ID., ID.: illis.

<sup>9</sup> HINOJOSA: secundo.

<sup>10</sup> ID., LOPEZ FERREIRO y GONZALEZ: faciant.

<sup>11</sup> LOPEZ FERREIRO: Compostell.

<sup>12</sup> ID., HINOJOSA y GONZALEZ: falta ibidem.

<sup>13</sup> HINOJOSA: millesimo ducentessimo vigessimo octavo.

1228, junio, 21, Santiago.

Alfonso IX concede a la iglesia de Santiago la  
renta de doscientos aureos anuales sobre el cillero  
de Layas, a cambio de una villa en Lazoiro.

Fols. 43 r.-v., 278 r.-v. y 38 v.-39 r., en confirmación de  
Fernando III de 1232, marzo, 1.<sup>o</sup>

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, nº 550.

CT.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, págs. 135-136.- GONZALEZ:  
Alfonso IX. I, págs. 249 y 410.-RODRIGUEZ FIGUEIREDO:  
Alfonso IX., págs. 238-239, con fecha 25 de junio.

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus presentem paginam  
inspecturis quod ego Adefonsus, Dei gratia rex Legionis et  
Gallecie, cum consensu filiarum mearum infantum domine Sancie  
et domine Dulcie, pensata necessitate et evidenti utilitate  
regni mei, a vobis decano et capitulo Compostellano recipio  
locum sive villam que dicitur Lazeyro, cum regalengo ei  
cauto et cum omnibus directuris suis, sicut in presenti  
possidetis et habetis, excepta ecclesia cum senariis suis de  
pane et vino et domibus que ante populationem erant in  
circitu ipsius ecclesie et aliis directuris ipsius

ecclesie. excepto quod de fluminibus ecclesia non debet<sup>1</sup>  
habere nisi decimam et usum piscandi in eisdem sicut alii  
vicini, exceptis etiam castro et possessiunculis<sup>2</sup> que sunt  
in circuitu ipsius castri a flumine Minii<sup>3</sup> usque ad senaram<sup>4</sup>  
de pane ipsius ecclesie. que castrum videlicet et  
possessiuncule ad ipsam ecclesiam pertinebant. quas recipio  
ad ortos et domos populationis faciendo. Si qua vero vel si  
que ecclesie ibidem de novo constructe fuerint, erunt vestre  
pleno iure cum directuris suis. In recompensationem autem et  
permutationem omnium que et<sup>5</sup> vobis in predicto loco recipie-  
do vobis et concedo CC<sup>6</sup> aureos in cellario<sup>7</sup> de Layas  
annuatim in festo Pasche<sup>8</sup>. sine difficultate et  
contradicione et diminuione aliqua a me et successoribus  
meis solvendos. quod si ad prefixum terminum casu aliquo vel  
eventu predictorum aureorum solutio facta non fuerit. liceat  
vobis ex presenti pactione intrare et<sup>9</sup> recipere autoritate  
vestra quicquid ad me spectat in villa de Vimyeiros. cum  
totis suis directuris. et in Limisinos<sup>10</sup> et Raposeyr.  
similiter. et percipere<sup>11</sup> fructus ipsarum possessionum  
quousque ad plenum soluto<sup>12</sup> vobis fiat. ita quod fructus  
inde medio tempore perceptos restituere<sup>13</sup> non teneamini: ex  
eodem pacto etiam teneor et ad<sup>14</sup> hoc obligo me et  
successores meos quod non demus vel legemus nec dari vel  
legari ab aliquo sustineamus alicui ordini vel persone  
religiose vel alicui ecclesie aliquid in ipsa populatione  
vel in ipso cauto de Lazoyer. nisi capitulo Compostellano  
aut ipsi ecclesie vel ecclesiis de ipsa populatione.

Predictis tamen capitulio et ecclesiis nolo hereditatem meam regalengam ab aliquo sine assensu meo<sup>11</sup> deri vel legari. Item si necesse fuerit mihi<sup>12</sup> aliquid accipere de senara panis predicte ecclesie ad domes vel ortos faciendos, teneor vobis dare in competenti loco plenam permutationem de ipso regalengo quod a vobis recipio. Notum etiam fieri volo quod si pars alicuius senare ipsius ecclesie data fuit alicui ad forum vel tenentiam remanat eidem ecclesie. Addicio etiam quod si homines de Baldraes<sup>13</sup> se ad ipsa populationem vel ad alia loca transstulerint, dimittant vobis liberam<sup>14</sup> hereditatem de Baldraes, nisi sibi ex pactione expressa litera ostendant quod hereditatem ipsam retinere debeant alibi commorantes. Pro roboratione autem huius permutationis et carte et ob remedium anime mee do et iure hereditario in perpetuum vobis concedo illud meum casale de Doneli, quomodo fuit ab antique ab integro, cum omnibus directuris et pertinenciis suis.

Nulli igitur omnino hominum liceat hanc mee permutationis et donationis cartam infringere vel ei ausu temerario contraire, quod qui presumpserit iram Dei omnipotentis et regiam indignationem incurrat, et quantum invaserit in duplum restituat, et pro ausu temerario regie parti in penam mille morabetinos exsolvat, carta nichilominus in suo robore permanente.

Facta carta<sup>15</sup> apud Sanctum Iacobum, XXI die iunii, era Ma  
CCA LX<sup>16</sup> VI<sup>17</sup>.

(1a col.) Bernaldo, existente Compostellano

archiepiscopo.- Iohanne, Ovetensi episcopo.- Roderico,  
Legionensi episcopo.- Nunnone, Astoricensi episcopo.-  
Laurencio, Auriensi episcopo.- Michaele, Lucensi episcopo.-  
Stephano, Tudensi episcopo.- Martino, Minduniensi episcopo.

(2a col.) Infante domino Petro, maordomo domini regis.  
tenente Limiam, Legionem, Taurum, Zemoram, Strematuram et  
Transserram.- Domno Roderico Fernandez, signifero domini  
regis, tenente Astoricam, Maioricam, Ovetum et Benevenetum.-  
Domno Roderico Gomez, tenente Montem Rosum et Montem Nigrum  
et Transtamar.- Domno Fernando Guterriz, tenente perticam  
Sancti Iacobi.- Domno Alvaro Roderici, tenente Infantaticum.  
Domno Petre Petri, magistroscolarum Auriensi, canonico  
Compostellano, existente cancellario domini regis.  
Adefonsus, domini regis scriptor, scripsit.<sup>24</sup>

---

NOTAS

<sup>1</sup>Otras copias en Tumbo C. fols. 158 r.-v. y 167 r.v.;  
Tumbillo, fol. 49.

<sup>2</sup>GONZALEZ: falta et.

<sup>3</sup>ID.: Laçoyro.

<sup>4</sup>Fol. 278.: debent.

<sup>5</sup>GONZALEZ: possessiunculas.

<sup>6</sup>ID.: Minei.

<sup>7</sup>ID.: seneram.

\*ID.: falta et; fol. 278: añade q.

\*GONZALEZ: duzentos.

\*ID.: cellerio.

\*ID.: in Phasce.

\*ID.: falta et.

\*ID.: Lamisinos.

\*Fol. 278: recipere.

\*GONZALEZ: solucio.

\*ID.: restituzione.

\*ID.: falta et.

\*ID.: non.

\*ID.: michi.

\*ID.: Baldrahes.

\*ID.: falta liberam.

\*ID.: karta.

\*ID.: Ma CC<sup>a</sup> sexagesima sexta.

\*ID.: faltan los confirmantes y cancilleria.

[1228]. noviembre, 3. Santiago.

El cardenal de Salina traspuso las bulas de  
Alejandro III y Honorio III por las que prohibian a  
los obispos de las diócesis en que hubiese parroquias  
propias de la Iglesia compostelana establecer

costumbres nuevas o sujetar las a entredicho o  
excomulgar a sus clérigos.

Fol. 247 r.-v.

ED.: LOPEZ FERREIRO: H.C., V, pag. 135, parcialmente.

CT.: GONZALEZ: Fernando III, I, pag. 216.

Iohannes, divina permissione Sabinensis episcopus et apostolice sedis legatus, universis ad quos presens pagina pervenerit, salutem in Domino. Dum essemus in Compostellana ecclesia ipsam ex legacionis officium visitantes, venerabilis frater noster Bernardus, archiepiscopus, cum fratribus suis, exhibuerunt nobis privilegia domini Alexandri III et domini Honorii III in quibus inter cetera verbo ad verbum hec clausula continetur:

Annuimus etiam et presentis page asercione statuimus ut sicut Compostellana ecclesia pro singulari beati Iacobi devotione sedis apostolice se letatur proteccione muniri sic, etcetera, sui iuris ecclesie per diversas parrochias constitue que fidelium donationibus vel aliis iustis acquisitionibus ad prestatam videntur ecclesiam pertinere apostolica se letetur tuicione foveri, ita ut nec episcopis nec episcoporum ministris facultas sit in easdem ecclesiis quaslibet novas imponere consuetudines nec ipsarum clericos vel ipsas ecclesias excommunicare, interdicere absque tua

examinatione et certioris culpe cognitione, sed in tuo et ecclesie Compostellane dominio integre et quiete permaneant sicut predecessori tuo bone memorie Didaco, Compostellano archiepiscopo, et predecessore nostro pie recordationis papa Paschali concessum est et hactenus observatum.

Postulaverunt' autem a nobis humiliter supplicantes quod predictam clausulam transcribere et ransterrae dignaremur in cedula sigilli nostri munimine communica, propter diversa et varia pericula que posunt eisdem privilegiis accidere, si ipsa originalia compellantur in causis omnibus exhibere. Nec ergo eorum iustis precibus inclinati testimonium perhibimus quod predicta clausula in dominorum Alexandri III et Honorii III privilegiis integre continetur, que privilegia cum eorundem bullis inspeximus diligenter.

Datum Compostelle, III nonas novembris, sub era Ma CC<sup>a</sup> LXVI, anno ab Incarnatione Domini Mo CC<sup>o</sup> XXX<sup>o</sup> VIII<sup>o</sup>.

---

NOTAS

<sup>1</sup> LOPEZ FERREIRO: Postulaverint.

<sup>2</sup> ID.: añade una X ie más en la era de la Encarnación.

1229, setiembre, 17. Pontevedra.

Alfonso IX concede al concejo de Pontevedra  
licencia para secar las perluzas en las islas y  
venderlas en todo el reino.

Fols. 55 v.-56 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II, n° 606.- RODRIGUEZ  
FIGUEIREDO: Alfonso IX. pag. 240, parcialmente.

CT.: GONZALEZ. Alfonso IX. I, págs. 282-283.-RODRIGUEZ  
FIGUEIREDO: Alfonso IX. págs. 239-240.

Alfonsus, Dei gratia rex Legionis, vobis concilio de  
Pontevedra, salutem et gratiam. Sapiatis quod otorgo et  
concedo vobis quod de mandato et licencia mea<sup>1</sup> siccetis  
pissotas in insulis et non salliatis eas et vendatis eas tam  
per mare quam per terram et<sup>2</sup> in regno meo et extra regnum  
meum, ita tamen quod faciatis de eis forum archiepscopo  
Sancti Iacobi sicut faciunt homines de Crunia et de Bayona  
domino terre.

Et ut hoc in dubium venire non possit presentem paginam  
sigillo meo facio communiri.

Datum in Pontevedra, V kalendas octobris, era M<sup>a</sup> CC<sup>a</sup>  
LXVIIa.

NOTAS

\* GONZALEZ y RODRIGUEZ FIGUEIREDO: nostra.

\* ID., ID.: falta et.

\* RODRIGUEZ FIGUEIREDO: falta mec.

146

1229, noviembre, 6. Ponferrada.

Alfonso IX manda ayudar en los tributos de  
Cacabelos a quienes hagan allí "collectam".

Fol. 14 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. nº 608, como en fol. 108 v.

CT.: GONZALEZ: Alfonso IX. I, pág. 206.

Alfonsus, Dei gratia rex Legionis, totis qui litteras  
istas viderint, salutem et gratiam. Sapiatis quod ego mando  
quod toti illi qui voluerint facere collectam in Cacavellos,  
tam de abadengos quam de aliis ordinibus, quod adiuvent  
ipsos homines de Cacavellos ad meum iantare et ad meam

fossadariam et adiuvent eos in totis causis. Unde aliud non  
sit et si istud noluerint facere mando Roderico Esidriz et  
Villielmo Petri quod constrinat illos ad hoc faciendum.

Datum in Ponteferrado. VI die novembris. era Ma CCa  
LXVIIa.

NOTAS

\* GONZALEZ: noluerit.

147

1230. febrero, 13. Santiago.

Composición entre Oviedo y Santiago sobre los votos.

Fol.: 254 r.-v.

REG.: GARCIA LARRAGUETA: Catálogo, nº 281.

Quoniam ex forma compositionis mite inter Compostellanam  
et Ovetensem ecclesias super votis que petebat ecclesia  
Compostellana in toto episcopatu Ovetensi. Ovetensis

Datum apud Caceres, rege exprimenter. VIII die iunii.

NOTAS

\* GONZALEZ: iuxta.

\* ID.: exp.

149

1230, julio, 20. Salamanca.

Alfonso IX da a la iglesia compostelana la ciudad de Mérida.

Fols. 202 v.-203 r.

ED.: GONZALEZ: Alfonso IX. II. nº 619.

CT.: LOPEZ FERREIRO: E.C.. V, pág. 137.- VILLA-AMIL: Los pertigueros, pág. 202.- GONZALEZ: Alfonso IX. I., pág. 270.- MANSILLA: Formación, págs. 90-91.

In Dei nomine, amen. Quoniam vita brevis et memoria  
fragilis ex lapsu temporis oblivionem inducunt, ideo miseri